



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



*Gemmae selectae antiquae e
Museo Jacobi de Wilde*

Jacob de Wilde

J. Whapping
1842



HISPANIS REGEM BELGAE DANT CAESAR ET ANGLI.
M D C C I I I.

OPTIMO MAXIMO PRINCIPI

CAROLO TERTIO
HISPANIARUM ET INDIARUM
R E G I

REGNORUM SUORUM POSSESSIONEM BONIS AVIBUS
RECUPERANTI HASCE GEMMAS CURIOSAE
ANTIQUITATIS RELIQUIAS HUMILLIME

O F F E R T

E T

SACRATISSIMAE MAJESTATICATHOLICAE
OMNIA FAUSTA ET FELICIA IN
ITINERE PRECATUR

UT CONJURATI VENIANT AD CLASSICA VENTI.

JACOBUS DE WILDE

* deyroent.



SELECTAE
GEMMAE ANTIQVAE
E MVSEO
JACOBIDE WILDE

H. Schenkelsch fecit

GEMMAE SELECTAE ANTIQUAE

E MUSEO

JACOBI DE WILDE,
SIVE L. TABULAE

DIIS DEABUSQUE GENTILIUM ORNATAE,
PER POSSESSOREM CONJECTURIS,
VETERUMQUE POETARUM CAR-
MINIBUS ILLUSTRATAE.



SUMPTIBUS AUCTORIS
AMSTELAEDAMI.

MDCCIII.

1R
360



THESAUVROS VETERIS QVI SEDVLVS EXSTRVIT Aevi,
 AERE SVO PARTAS PROMERE LARGVS OPES,
WILDIVS HIC ILLE EST: QVEM POSTERANORIT VT AETAS,
 VIVACI SOLERS SCRIPSIT IN AERE MANVS.

F. V. D. BERGE AD VIVVM FECIT AQUA FORTI.

IANVS BROUCKHVSIVS.

ANTIQUITATIS CULTORIBUS

JACOBUS DE WILDE.

S. D. P.



Verus ac verum verbum est, trahi
sua unumquemque voluptate: quae
voluptas si honesta est, atque in
publicum utilis, nulla ratio est,
cur eam intempestiva modestia re-
fraenemus. Me quidem certe ab ineunte aetate
ita cepit rerum antiquarum atque elegantium
amor, ut sine earum jucundissima tractatione
vitam mihi acerbam semper putarim. Crevit
quoque una cum crescente supellectile studium
pulcherrimae rei; quo flagrabam, & stimulos
addidit; ut & ipse auderem aliquid in hoc cam-
po, quem tot illustres viri ante me tam gloriose
triverunt; etsi me imbecillitatis meae conscien-
tia

tia merito debebat detertere. Vicit tamen utilitatis publicae respectus: nam & sic communia fore putabam ea, quae ego nunc solus possideo; & si quid esset hic illic cessatum, sciebam nihilominus pulcrum esse vel in tertiis consistere. Atque haec causa fuit cur ante annos aliquot cum orbe literato **NUMISMATA** mea **SELECTA** communicarim, librum (nisi me amici fefellerunt) non omnino inutilem. Subsecuta sunt nuper **SIGNA ANTIQUA**, in quibus delineandis tirocinium suum posuit filia mea **MARIA**, cui prae acu & colo studia placuerunt alterius Minervae. Nunc vero has meas **GEMMAS SELECTAS** in lucem publicam expono, conjecturis meis, quantum ejus fieri potuit, illustratas. Deliciae sunt non unius aetatis, & variorum ingeniorum qua seria qua lusus: multa in iis ad priscas religiones facientia, multa ad historiam & mores ritusque priorum saeculorum. Dignus omnino campus, in quo se exercent praeclara ingenia! Quorum sententiae si non ubique mecum facient; erit (opinor) unde aliquid emolu-

lumentum capiat ac frugis res literaria, praecipue vero poëtica. Vix enim est, ut sine multa poëtarum cognitione recte ac feliciter in hoc stadio decurratur. Erant hae GEMMAE dimidiam fere partem in aes insculptae, antequam mihi in mentem venerat Numinis aliqujus antiqui effigiem inferere in medium uniuscujusque tabellae. Hinc factum est, ut & GEMMAE ipsae nullo sint ordine collocatae, & Dii Deaeque melius atque ordinatius proferri potuissent, si id ab initio fuisset observatum. GEMMARUM expositiones, five conjecturae aut divinationes, totae sunt meae: nihil hic ab ullo emendicatum, nihil aliena industria contulit. Dicam fidenter cum Cyro illo minore, *ego ista omnia sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio*. Nec dicerem sane, nisi ita postularet ingrati cujusdam hominis perversa iniquitas. Valete.

VIRO POLITISSIMO
JACOBO DE WILDE,
CUM GEMMAS SUAS
IN COMMUNE OMNIUM COMMODUM
PUBLICARET.

ΠΑΝΤΑ ΦΙΛΩΝ ΚΟΙΝΑ.



Mnia amicorum communia, non male Grajûm
Ait vetus proverbium.

WILDIUS exemplo, quo non communior alter,
Hoc comprobat dictum suo.

Antiquos pridem Nummos, vultusque priorum
Protraxit in lucem virûm.

Signa dedit nuper, prisceque toreumata faecli,
Perenniora faeculis.

Nunc veteres Gemmas, pretiososque arte lapillos,
Hoc exhibet volumine.

Crede mihi, solus gazas non possidet istas:
Commune, quod servat, bonum est.

Non etenim sibi, non domui modo natus, & urbi:
Est natus Orbi WILDIUS.

P. FRANCIVS.

Δ Δ

A D
VIRUM POLITISSIMUM
JACOBUM DE WILDE,
CUM GEMMARUM SUARUM DESCRIPTIONEM
PUBLICI JURIS FACERET.

Auspiciis, WILDI, tandem felicibus exit
Ille tua factus sedulitate liber:
Ille liber, gemma atque auro pretiosior omni,
Qui nobis gemmas donat habere tuas.
Illic apparent veterum monumenta virorum,
Et quas longa dies solvit & ussit opes.
Illic majestas sese Romana videndam
Exhibet, & gentes sub sua jura trahit.
Illic reliquiae Grajorum, & Martia signa,
Multaque victrices praeda secuta manus:
Et veterum ritus populorum, & sacra Deorum,
Signata in tabulis ordine quaeque suis.
WILDI, cui raras dotes Rex aetheris alti
Et nive candidius pectus habere dedit,
WILDI noster amor, studium tibi gratulor istud,
Quo multa curas utilitate levas.
Laudibus excipiens opus hoc plausuque secundo
Fama parat meritis praemia digna tuis.
Ergo licet gemmae frangantur tempore & aurum,
Cum Gemmis vives tempus in omne tuis.

DAVID HOOGSTRATANUS.
N O-

NOBILISSIMO & POLITISSIMO
V I R O
JACOBO DE WILDE,

Cum post *Nummos & Signa Antiqua, Gemmas*
in publicum ederet.


Τῶν πάλαι ὡς δώκας φῶτων ἐς ΜΑΡΜΑΡΩ, ἄμμι
Εἶδη, καὶ ΧΑΛΚΩ εἶτα χαρσασόμενα,
ΨΗΦΙΔΑΣ, τέλειον νυ τελεσάμεναι τὸν ἀριθμὸν,
Δαίδαλ' Αθηναίης ἐς μέτρον ἔργα φέρης.
Πᾶς Σε ὁ ἐοσόμεναι μνησέσθαι ὄλβιον αἰὼν,
τῆςδε ΤΕΛΗΕΣΣΗΣ τῆς ἑνεκεν ΤΡΙΑΔΟΣ.

I D E M L A T I N E.

Armoræ priscorum vultus referentia quondam,
Et facies ductas artifici ære dabas,
Nunc Gemmas, numerum ut possis implere cupitum,
Adjicis, & doctæ Palladis edis opus.
O felix studii! Te semper fama loquetur,
Atque tuas laudes hæc canet ipsa Trias.

JOHANNES HENRICUS LEDERLINUS
ARGENTORATENSIS. L. A. M.

G E M.





G E M M A E A N T I Q U A E.

T A B U L A P R I M A.

V E S T A.



Aturni ex Ope filia, ab antiquis multa veneratione culta, nunc eam ignem, nunc terram existimantibus. De ea. Vide Ovidium in fast. l. 6. v. 295.

Ignis inextinctus templo celatur in illo.

Effigiem nullam Vesta nec Ignis habent.

Stat vi Terra sua: vi stando Vesta vocatur.

G E M M A P R I M A.

Caput *Virginis Vestalis*, olim in templo ignis aeterni custodis. Virgo Vestalis legebatur intra annum xvi aetatis, xxx vero annos oportebat eam manere virginem, postea ipsi nubere licebat. Quod si interim forte stuprum commisisset, viva defodiebatur. De ea. Ovid. fast. l. 6. v. 291.

A

Nec

*Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam
 Nataque de flamma corpora nulla vides.
 Jure igitur Virgo est, quae semina nulla remittit,
 Nec capit: & comites Virginitatis habet.*

A. Templum Vestae.

De templo. Ovid trist. l. 3. v. 29.

*Hic locus est Vestae; qui Pallada servat & Ignem;
 Hic fuit antiqui regia parva Numae.*

B. Sacra Vestalium.

De sacris. Ovid. fast. l. 6. v. 249.

*Vesta fave tibi nunc operata resolvimus ora:
 Ad tua si nobis Sacra venire licet.*

C. Preces Vestalium.

De prece. Ovid. fast. l. 6. v. 251.

*In prece totus eram. Coelestia Numina sensi,
 Laetaque purpurea luce refulsit humus.
 Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)
 Te Dea; nec fueras adspicienda viro.*

D. Poena



D. Poena Vestalium.

De poena. Juvenal. Satyr. 4. v. 10.

*Nemo malus felix ; minime corruptor, & idem
Incestus, cum quo nuper Vittata jacebat
Sanguine adhuc vivo terram subitura Sacerdos.*

. T A B U L A S E C U N D A .

C Y B E L E .

Mater Deum, Coeli ac Terrae filia, Saturni uxor,
turrato capite stans sinistra clavem tenens, ut
Hyeme tellus clauderet & *vere* aperiret, frugesque nas-
cerentur. Vide Isidorum lib. 8.

De Cybele turrigera Ovid. fast. l. 6. v. 321.

*Turrigera frontem Cybele redimita corona
Convocat aeternos ad sua festa Deos.*

Claudian. l. 1. de raptu Proserpinae.

*Non buxus non aera sonant, blandique leones
Submisere juba: adytis garvsa Cybele,
Exilit, & pronas intendit ad oscula turres.*

G E M M A I I.

Mater Deûm in curru ab duobus leonibus tracta, Tibicine comite, Cupidine advolante.

De ea. Virg. Aen. l. 6. v. 785.

*Qualis Berecynthia Mater
Invehitur curru Phrygias Turrita per urbes,
Laeta Deûm partu centum complexa nepotes.*

Lucret. l. 2.

*Quare Magna Deûm Mater, Materque ferarum,
Et nostri genetrix haec dicta est corporis una;
Hanc veteres Grajum docti cecinere poëtae
Sedibus in curru, bijugos agitare leones.*

G E M M A I I I.

Circinus supra globum cum inscriptione,
FORTV. AV. id est, fortuna Augusti, orbis major.
De fortuna Caesaris. Lucan. l. 9. v. 244.

*Fortuna cuncta tenentur
Caesaris: Emathium sparsit victoria ferrum.
Clausula fides miseris, & toto solus in Orbe est,
Qui velit, ac possit victis praestare salutem.*

De

GEMMAE ANTIQUAE.

5

De circino. Manil. Astron. pag. 20.

*Hic mutans per signa vices , seu si quis Eoos.
Seu petit Hesperios , supra se circinat orbem.
Verticibus superastantem mediumque secantem
Coelum , & diviso signantem culmine mundum ,
Cumque loco terrae Coelumque ac tempora mutat.*

De Orbe. Ovid. fast. 6. v. 277.

*Arte Syracosia suspensus in aëre clauso
Stat globus , immensi parva figura poli.
Et quantum a summis , tantum secessit ab imis
Terra. quod ut fiat , forma rotunda facit.*

G E M M A. I V.

Ara accensa inter pugionem & clypeum, cum inscriptione. NERONI VI CTORI SACRUM. Forfan ob victoriam Corbulonis in Armenia, qui Tiridatem cogebat Armeniae regnum a Nerone accipere. Hinc Janus clusus. Vide Suetonium Celeberrimi viri Joannis Georgii Graevii. in Nerone cap. 13 pag. 507.

De Ara & armis. Ovid. fast. l. 1. v. 13.

*Caesaris Arma canant alii ; nos Caesaris aras :
Et quoscunque Sacris addidit ille dies.*

A 3

GEM-

Tityus saxo apud inferos districtus, & jecinore vulturem pascens, ab clarissimo viro Jacobo Gronovio in thesauro Graecarum antiquitatum sic descriptus, sub litera Y, tom. 1.

De Tityo. Ovid. 2 epist. ex ponto. l. 1. v. 41.

*Sic in consumptum Tityi semperque renascens
Non perit, ut posset saepe perire jecur.*

T A B U L A T E R T I A.

I S I S.

ISis eadem quae Io Inachi filia, ab Jove adamata, & metu Junonis in juvenecam transformata, & in Aegyptum aucta, Osiridis uxor. vide de ea. Propert. Cl. viri, arte & Marte insignis, notis illustratum. l. 2. eleg. 24. v. 7.

*Tu certe Jovis occultis in amoribus, Io,
Sensisti, multas quid sit inire vias:
Quum te jussit habere puellam cornua Juno,
Et pecoris duro perdere verba sono.
Ah quoties quernis laevis frondibus ora:
Mansisti stabulis abdita pasta tuis.
An quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
Jupiter, idcirco facta superba Dea es!*

Io



L. 2. eleg. 21. v. 19.

*Io versa caput primos mugiverat annos
Nunc Dea, quae Nili flumina vacca bibit.*

Lucan. l. 8. v. 831.

Nos in templa tuam Romana recepimus Isin.

G E M M A. V I.

Cista stans inter duo virgulta, cui serpens sibilans insistit. Forſan ſerpens Epidaurius vel Aesculapius Romam adductus. De serpente. Ovid. Met. 15. v. 669.

*Vix bene defierant; cum cristis aureus altis
In serpente Deus praenuntia sibila misit.
Adventuque suo signumque, arasque, foresque,
Marmoreumque solum, fastigiaque aurea movit.
Pectoribusque tenus mediâ sublimis in aede
Constitit: atque oculos circumtulit igne micantes.*

G E M M A. V I I.

Apollo lyram pulsans, ante quem Cupido hircum domans.

De Cupidine & Phoebus. Ovid. amor. l. 1. eleg. 1. v. 13.

*Sunt tibi magna, Puer nimiumque potentia regna
Cur opus affectas, ambitiose novum?*

An

*An quod ubique tuum ? tua sunt Heliconia Tempe ?
Vix etiam Phoebus jam lyra tuta sua est.*

G E M M A. V I I I.

Caprimulgus sub arbore. De eo. Virg. Eclog. 3. v. 5.

*Hic alienus ovis custos bis mulget in hora,
Et succus pecori & lac subducitur agnis.*

G E M M A. I X.



Cornicen genu flexo in culmine, pastorale signum
canens. Virg. Aen. 7. v. 511.

*At saeva e speculis tempus dea nata nocendi
Ardua tecta petit stabuli ; & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem : qua protenus omne
Contremuit nemus, & silvae intonuere profundae.*

T A B U L A Q U A R T A.

J U P I T E R.

O Pis & Saturni filius, in Creta eodem cum Junone partu editus, in Ida monte ab Curetibus educatus. Pater, rectorque Deum, fulminator &c. Ovid. Met. 1. 2. v. 848.
Ille



ONYC. SARD.
INC. 10

ONYC. INC. 11

ONYC. SARD.
INC. 12

ONYC. INC. 13

IUPITER.

*Ille pater rectorque Deum; cui dextra trifulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.*

Fast. l. 5. v. 301.

*Saepe Jovem vidi, cum jam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.
At si negligimur; magnis injuria poenis
Solvitur: Et justum praeterit ira modum.*

G E M M A X.

Fulmen trifulcum, cum inscriptione. VE. IV. OP.
MA. AV. QV. Forfan VE JV piter. OPtimus MAximus.
AVgescens QVassat fulmine. Vel VE JV piter (quasi
parvus Jupiter) OPeratur MA nu, sed AVgescens QVas-
sat, fulmine.

De Vejove Ovid. fast. 3. v. 437.

*Jupiter est juvenis: juveniles adspice vultus.
Adspice deinde manum: fulmina nulla tenet.
Fulmina, post ausos coelum affectare Gigantas;
Sumta Jovi: primo tempore inermis erat.*

V. 445.

*Nunc vocor ad nomen. Vegrandia farra colonae,
Quae male creverunt, vescaque parva vocant.
Vis ea si verbi est; cur non ego Vejovis aedem,
Aedem non magni suspicer esse Jovis?*

B

De

De fulmine Virg: Aen. l. 6. v. 592.

*Demens! qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum pulsu simularat equorum.*

G E M M A X I.

Jupiter hastatus, cum attributis, in folio sedens.
De folio Ovid. fast. l. 6. v. 187.

*Quam bene (Dî magni) pugnâ cecidisset in illâ
Defensor Solii, Jupiter alte, tui.*

Callimach. Hym. in Jovem. v. 66.

οὐ σὲ θεῶν ἰσχυρὰ πόλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σὴ δὲ βίη, τό, τε κάρτε, ὃ καὶ πέλαις ἔσται διφρε.

*Non fors te regem Divûm, sed dextera fecit,
Visque tua & robur, folio quod semper adhaeret.*

G E M M A X I I.

Aquila expansis alis, sceptro vel fulmini insistens &
Capricornus orbi.

De Aquila Jovis armigera Manil. Astr. l. 1. p. 11. v. 25.

*Tum magni Jovis ales fertur in altum
Assueto volitans, gestet ceu fulmina mundi
Digna Jove & Coelo, quod sacris instruit armis.*

De

De Capricorno Manil. Astro. l. 2. pag. 45. v. 2.

*Contra Capricornus in ipsum
Conuertit visus. Quia enim mirabitur ille
Majus, in Augusti felix quum fulserit ortum.*

GEMMA XIII.

Capricornus supra navem rostratam, apposita palma.
Procul dubio in memoriam victoriae navalis Augusti.
Qui sub signo Capricorni natus erat.

De Capricorno Manil. Astr. l. 4. pag. 97. v. 23.

*Ultimus in caudae Capricornus acumine summo
Militiam Ponto dictat, Puppisque colendae
Dura ministeria, Et vitae discrimen inertis.*

De navi Ovid. trist. 1. eleg. 9.

*Sive opus est velis: minimam bene currit ad auram:
Sive opus est remo; remige carpit iter.
Nec comites volucris contenta est vincere cursu:
Occupat egressas quamlibet ante rates.*

T A B U L A Q U I N T A .

J U P I T E R A M M O N .

JU P I T E R sub specie Arietis in Lybia cultus, sic dictus, quod sitienti Libero Patri in Arabiae desertis, Jovemque imploranti, apparuerit in forma Arietis, terramque concutiens pedibus fontem ostenderit. Quam ob rem illic Liber aedificavit templum, Jovique Ammoni consecravit.

Vide Lucan. l. 9. v. 511.

*Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent: stat Corniger illic
Jupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon.*

G E M M A X I V .

Caput Herculis laureatum. De lauro Herculi sacra
Horat. Carm. l. 3. od. 14.

*Herculis ritu modo dictus, ô plebs,
Marte venalem petiisse laurum,
Caesar Hispana repetit penateis
Victor ab ora.*

Senec.



Senec. in Hercul. fur.

*Densa quod laeto venit
Clamore turba frontibus laurum gerens,
Magnique meritas Herculis laudes canit.*

GEMMA XV.

Caput Jovis laureatum. De lauro Jovi Capitolino sacra
Ovid. trist. l. 4. eleg. 2. v. 55.

*Inde petes arcem delubra faventia votis.
Et dabitur merito laurea vota Jovi.*

Stat. Silv. l. 4. v. 40.

*Restat Bactra novis , restat Babylona tributis
Frenari. Nondum gremio Jovis Indica laurus.*

GEMMA XVI.

Ara vel vas frugibus plenum , superposito signo Jovis.
Cum inscriptione JVPiter AMOn HONeravit, de Jove
Ammone Virg. Aen. l. 4. v. 198.

*Hic Hammone satus rapta Garamantide Nympha,
Templa Jovi centum, latis immania regnis,
Centum aras posuit, vigilemque sacraverat ignem,
Excubias divûm aeternas, pecudumque cruore
Pingue solum, & variis florentia limina fertis.*

B 3

GEM-

G E M M A X V I I .

Caput Liberae vel Thyadis hedera cinctum. De Libera Ovid. fast. l. 3. v. 509.

*Dixerat : audibat jam dudum verba querentis
Liber, ut a tergo forte secutus erat.
Occupat amplexu, lacrymasque per oscula ficit :
Et, Pariter Coeli summa petamus, ait. ...
Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula sume.
Jam tibi mutatae Libera nomen erit.*

De Thyade Virg. Aen. l. 4. v. 301.

*Saevit inops animi, totamque incensa per urbem
Bacchatur qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron.*

T A B U L A S E X T A .

S E R A P I S .

Serapis Aegyptiorum Deus, qui & Apis, & Osiris dicebatur. Mart. Capell.

Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirim.

Sera-



GEMMAE ANTIQUAE.

15

Serapis etiam, idem cum Plutone existimatus. Vide haec verba Gyrald. Hist. Deor. pag. 197. *Quin & Ponticus Heraclides Oraculum, quod celebre Serapidis fuit, Plutonis fuisse asserit, quod consulenti cuidam Aegypti Regi, quisnam se esset beatior, ita respondisse fertur.*

Πρῶτα Θεὸς, μετέπειτα Λόγος, καὶ Πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
Σύμφута δὲ τρία πάντα καὶ εἰς ἓν ἰόντα.

*Principio Deus est, tum Verbum, his Spiritus una est:
Congenita haec tria sunt, cuncta haec tendentia in unum.*

GEMMA XVIII.

Caput Serapidis modio tectum inter altra, suppositis literis I & HL supra aquilam, alas expandentem. De Serapide Lucan. suppl. l. 1. pag. 537.

*Casus, miserande, futuros
Dum Patriae narrat, celat tua fata Serapis.*

De Aquila Martial. epigr. 7. l. 1.

*Aetherias Aquila puerum portante per auras
Illae sum timidis unguibus haesit onus.*

GEMMA XIX.

Caput Ifidis corona radiata & modio tectum, nempe Pantheon Ifidis, Mithrae, vel Solis, & Serapidis.

De

De Ifide & Serapide Prudent. contra Symm.

*Isis enim, & Serapis, & grandi simia cauda
Et Crocodilus, id est, quod funo, Laverna, Priapus.*

Idem Peri Stephanum. Hymn. 10.

*Hos tu Nile deos colis, & tu Tybris adoras :
Deos Latinos & Deos Aegyptios,
Queis Romalitat, queis Canopus supplicat.*

G E M M A X X.

*Aquila sceptro insistens, & alas expandens, quibus
insistunt duae Victoriae, caput Serapidis coronantes.
Forsan quod Aquila Romana victorias suas ad Aegyptum
usque, & ultra extenderit.*

De victoriis Romanis, Lucan. Petron. specim. v. 1.

*Orbem jam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terrae, qua sidus currit utrumque,
Nec satiatus erat.*

De Aquila Lucan. suppl. l. 2 pag 551.

*Cum Nilo Tiberis tibi serviet, & tua regna
Defendent Aquilae nostrae Romanaque Signa ;
Dum reges inter famulos Cleopatra superbos,
Et sceptris subiecta suis nova sceptrata videbit.*

G E M-

G E M M A X X I.

Modius supra quem Cornix Aequatori insistens, ab uno latere, Caput Arietis, & altero lancem habenti, assistente Corvo expansis alis. Et infra litera Δ.

De Ariete & Libra Manil. Astro. pag. 73. v. 24.

*Nam per quot creverat Astrum
Lanigeri stadia aut horas, tot Libra recedit.
Occiduusque Aries spatium tempusque ruendi
Quod tenet, in tantum Chelae consurgere perstant.*

Lucan. l. 10. v. 226.

*Nec ripis alligat amnem
Ante parem nocti Libra sub iudice Phoebum.*

De Corvo Virg. Georg. 1. v. 422.

*Hinc ille avium concentus in agris
Et laetae pecudes, & ovantes gutture Corvi.*

De Cornice Virg. eclog. 1. v. 18.

Saepe sinistra cava praedixit ab ilice Cornix.

Iussu Jovis Cornix a laeva, Corvus a dextra canebant.
Vide Cic. de Divinatione. l. 1. c. 7. & Phaedrum ex editione doctissimi viri Davidis Hoogstratani pag. 86.

*Tibi forma, vires aquilae, luscini melos,
Augurium corvo, laeva cornici omnia,
Omnesque propriis sunt contentae dotibus.*

C

T A-

T A B U L A S E P T I M A .

L E D A .

Leda Theftii filia, Tyndari Laconiae Regis uxor, ab Jove adamata, qui transformatus in cygnum cum ea concubuit, itaque Leda duo peperit ova, ex quorum altero Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytemnestra. De eo concubitu vide Cl: I. Gronovii Antiquitates Graecas. tom. 1. sub litera YY. & Manil. Astro. l. 1. pag. 11.

*Proxima fors cygni, quem Coelo Jupiter ipse
Imposuit formae pretium, qua cepit amantem
Quum Deus in niveum descendit versus olorem,
Tergaque fidenti subjecit plumea Ledaë.*

G E M M A X X I I .

Duo equites Castor & Pollux stelliferi, perticas menforias manibus tenentes, post mortem in Deorum numeros recepti, & nautas servantes & sospitantes. De iis Horat. carm. l. 1. ode 12. v. 25.

*Dicam & Alciden, puerosque Laedae,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit,*

De-



ONYC. INC.

22

ACHAT. EXC.

23

ONYC. INC.

24

ACHAT. EXC.

25

LEDA

7

2

*Defluit saxis agitatus humor,
Concidunt venti, fugiuntque nubes,
Et minax (sic Dii voluere) ponto
Unda recumbit.*

De iis Propert. ex editione Nob. Broukhufii. l. 3. eleg.
12. v. 17.

*Qualis & Eurotae Pollux & Castor arenis,
Hic victor pugnis, ille futurus equis.
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur, nec fratres erubuisse Deos.*

Martial. l. 9. epig. 104.

*Quae nova tam similes genuit tibi Leda ministros
Quae capta est Cygno nuda Lacaena alio.
Dat faciem Pollux Hiero, dat Castor Asillo:
Atque in utroque nitet Tindaris ore soror.*

Corypp. l. 2. v. 7.

*Fulgebant Geminis similis radiantibus astris,
Astris, quae Coelum flamma meliore perornant.*

Theocrit. eidyl. 27.

Ω ἄμφω θνατοῖσι βοηθοὶ ὦ φίλοι ἄμφω,
ἰπῶνες, κιθαρισταί, ἀθληταί, ἀοιδοί,
κάτορ ἢ πρῶτα πολυδύκεα ἄρξομε' αἶδεω;
ἀμφοτέρω ὑμῶν, Πολυδύκεα πρῶτον αἶσω.

C 2

O

Verf. Eoban. Heff.

*O propere qui fertis opem mortalibus ambo,
O equites Gemini, cantores & Cytharaedi,
Pollentesque feri certamine Martis Athletae,
A quo principium sumam? quem carmine primum,
Castora Pollucemne canam? sed utrumque canentes
Pollucem in nostro dicemus carmine primum.*

G E M M A X X I I I .

Duo equites decurrentes, forsan Nero & Drusus
Caesares. Vide fere similem Patin: imp. fol. 88. De equi-
tibus Ovid. fast. l. 2. v. 735.

*Nox superest: tollamur equis, urbemque petamus.
Dicta placent: fraenis impediuntur equi.*

G E M M A X X I V .

Perseus Jovis ex Danae filius, sinistra caput Medusae
tenens, quod abscissum, in scuto Jovis, vel Aegide ap-
positâ, collocavit; quo Atlantem Mauritaniae regem,
(hospitio ipsum excludentem) in montem commutavit,
cui hic, in signum victoriæ, sinistro pede insistit. De eo
Ovid. Met 4. v. 654.

*Accipe munus, ait. Laevâque a parte Medusae
Ipse retroversus squalientia prodidit ora.
Quantus erat, mons factus Atlas. Jam barba comaeque
In*

GEMMAE ANTIQUAE.

21

*In silvas abeunt : juga sunt humerique manusque.
 Quod caput ante fuit summo est in monte cacumen.
 Ossa lapis sunt. Tum partes auctus in omnes
 Crevit in immensum, (sic Di statuistis) Et omne
 Cum tot sideribus coelum requievit in illo.*

Met. l. 4. v. 697.

*Hanc ego si peterem Perseus Fove natus, Et illa
 Quam clausam implevit foecundo Jupiter auro,
 Gorgonis anguicomae Perseus superator, Et alis
 Aetherias ausus jactatis ire per auras.*

Met. l. 5. v. 177.

*Verum ubi virtutem turbae succumbere vidit,
 Auxilium, Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
 Dixit, ab hoste petam: vultus avertite vestros,
 Si quis amicus adest: Et Gorgonis extulit ora.*

GEMMA XXV.

Marcus Curtius sese in specum praecipitans. De eo Tit.
 Liv. dec. 1. l. 7.

De lacu Curtio Ovid. fast. 6. v. 403.

*Hoc, ubi nunc fora sunt, undae tenuere paludes:
 Amne redundatis fossa madebat aquis.
 Curtius ille lacus, siccus qui sustinet aras,
 Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.*

C 3

TA-

T A B U L A O C T A V A.

J A N U S.

Janus Bifrons Rex Italiae, Deus antiquissimus & prudentissimus: Praeterita sciens & futura praevidens; unde Bifrons fingitur. Vide Ovid. fast. l. i. v. 65.

*Jane biceps, anni tacite labentis origo,
Solutus de superis, qui tua terga vides.*

Janus etiam *Claviger*; Clusius & Patulcius dictus. Ovid. fast. l. i. v. 129.

*Nomina ridebis. Modo namque Patulcius idem,
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.*

Virg. Aen. l. 7. v. 607.

*Sunt geminae belli portae (sic nomine dicunt)
Relligione sacrae, & saevi formidine Martis:
Centum aerei claudunt vectes aeternaque ferri
Robora: nec custos absistit limine Janus.*

G E M M A X X V I.

Caput incognitum, forsan Achillis vel Diomedis.
Vide



G E M M A E A N T I Q U A E.

23

Vide Clarissimum J. Gronovium ad Gemmam 41. Leonardii Augustini. De iis Virg. Aen. l. 1. v. 752.

Nunc, quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.

Aen. 2. v. 27.

*Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore; qui redit exuvias indutus Achillei,
Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes!*

G E M M A X X V I I.

Caput Palladis Armifonae galeatum. De ea Virg. Aen. l. 3. v. 543.

*Spes est Pacis, ait. Tum numina sancta precamur
Palladis armifonae, quae prima accepit ovantis;
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.*

G E M M A X X V I I I.

Caput incognitum, in vertice personam vel larvam gerens. De Persona Horat. de arte Poetica. v. 125.

*Si quid inexpertum scenae committis, Et audes
Personam formare novam; servetur ad imum
Qualis ab incepto processerit, Et sibi constet.*

Phaed. ex editione Hoogstratana pag. 11.

Personam tragicam forte vulpis viderat.

O quanta species, inquit, cerebrum non habet!

De

De Larva Horat. l. i. Satyr. 5. v. 64.

Nil illi Larva, aut tragicis opus esse cothurnis.

G E M M A X X I X .

Caput imberbe incognitum galea, instar pectinis,
ornatum, forsan Patraei Herois, Patrensiū urbis in
Achaia conditoris. Vel alius Herois caput.

T A B U L A N O N A .

S A T U R N U S .

S*aturnus* Coeli ac Terrae filius, *falcifer*, filios suos,
quantum poterat devorabat, ideo ab *filio Jove* regno
pulsus, in Italiam profugit, ubi aliquamdiu apud Janum
regem latitavit. Ovid. fast. i. v. 233.

*Caussa ratis superest: Thuscum rate venit in amnem
Ante pererrato falcifer orbe Deus.*

Hac ego Saturnum memini tellure receptum.

Coelitibus regnis ab Jove pulsus erat.

Inde diu genti mansit Saturnia nomen.

Dicta quoque est Latium terra, Latente Deo.

At bona posteritas puppim servavit in aere;

Hospitis adventum testificata Dei.

Virg.



Virg. Aen. 8. v. 319.

*Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademptis,
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aurea quae perhibent, illo sub rege fuerunt
Saecula: sic placida populos in pace regebat.*

G E M M A X X X.

Caput Philosophi; forsan Anacharsis. Hic Anacharsis fuit Scythia, Gnuri filius, Caduidae Scytharum regis frater, matre Graeca, quam ob rem utriusque linguae peritus. Tandem vero Atheniensium leges suis inducere conatus, in venatu a fratre ejus loci rege sagitta confossus est. Teste Diog. Laërt. l. 1. segm. 103.

Εἰς Σκυθίην Ἀνάχαρσις ὅτ' ἤλυθε, πολλὰ πλανηθεὶς,
πάντας ἔπειθε βίβῃ ἥθεσιν ἐλλαδικοῖς.
Τὸν δ' εἰ μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν, ἔχοντα
Πρὸς εἰς ἀθαιάτας ἤρπασιν ὦκα δόναξ.

*In Scythiam patrias rediens Anacharsis ad oras
Orabat Graeco vivere more suos.
Vix ea cum summo infelix versaret in ore
Verba, senem superis dira sagitta dedit.*

Anacharsis amator poculi. Vide Aelianum per Cl: virum Jac. Perizonium notis illustratum, l. 2. c. 42. pag. 146.

D

GEM-

G E M M A X X X I.

Caput Philosophi, inter astrum & lunam; forte hic Pythagoras Mnesarchi gemmarum sculptoris filius, Italicae Philosophiae princeps. Qui ortu Samius Astrologiae Chaldaicaeque disciplinae cupidus Babylonem sese contulit, ubi siderum cursus, eorumque in genituris hominum effectus, est edoctus. Ovid. Met. 15. v. 60.

*Vir fuit hic ortu Samius : sed fugerat una
Et Samon & dominos ; odioque tyrannidis exul
Sponte erat. Isque , licet Coeli regione remotos,
Mente Deos adiit : & , quae natura negabat
Visibus humanis , oculis ea pectoris hausit.
Cumque animo , & vigili perspexerat omnia curâ ;
In medium discenda dabat : coetumque silentum,
Dictaque mirantum , magni primordia mundi,
Et rerum causas , & quid natura , docebat :
Quid Deus : unde nives : quae fulminis esset origo :
Jupiter , an venti , discussa nube tonarent :
Quid quateret terras : qua sidera lege mearent ;
Et quodcumque latet.*

G E M M A X X X I I.

Caput Philosophi. Forſan Xenocrates Chalcedonius,
Aga-

Agathenoris filius, Platonis auditor. Severissimus Philosophus; cum Alexander illi magnam pecuniae summam misisset, sublatis solum triginta minis Atticis, reliquum remisit, dicens. *Illi opus esse pluribus, qui plures nutriret.* Mortuus noctu, cum in pelvim forte offendisset. Aetatis 82. Olymp. 101. anno 2. Teste Diog. Laert. l. 4. segm. 15.

Χαλκῇ προσήλαιος λεκάνῃ ποτὶ, καὶ τὸ μέτωπον
Πλήζας ἴαχεν ὃ σύντετον, αἶτ' ἔθηνεν,
ὃ πάντα Ξινοκράτης αἰὲρ γυγῶς.

*In pelvim quondam lapsus male cautus ahenam
Frontem laesit* Εὖ δὲ! *vociferatus obit.*

Xenocrates *vir ille, qui unus omnibus fuit omnia.*

Vide etiam Cl. J. Gronovii, mihi amicissimi, antiquitates, tom. 2. 91.

Xenocrates etiam fuit bibax, & *praemium aureae coronae*, quod plus bibisset, vicit; sumtaque *corona*, quum a coena reverteretur, *Mercurio*, qui stabat ante fores eam imposuit. Teste Aeliano ex editione Cl. viri Jac. Perizonii l. 2. c. 11. pag. 146.

GEMMA XXXIII.

Caput Philosophi. Forte Chrysippus Apollonii filius, Solensis seu Tharsensis, primum Cleanthis, postea Zenonis discipulus; hic cum in Odæo scholarium coetui

D 2

dis-

differeret, a discipulis ad sacrificium vocatus, ibique, cum dulci mero hausto in vertiginem oculorum incidisset, quinta die defunctus est. Aetatis 73. Olymp. 143. Vide Diog. Laert. l. 7. segm. 184.

Ἰλιγίσασσι βάκχον ἐκπιὼν χανθόν
 Χρύσιππον, ἔδ' ἐφίσατ' ἔδ' ἔ τῆς σοῆς,
 οὐδ' ἦς πάτρης, ἔ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἦλθε δῶμ'
 Εἰς αἶδιον.

*Vertigo cepit, cum bibisset affatim,
 Chrysippum, & haud quaquam suam vel porticum
 Curavit, aut se, aut patriam, sed inferos
 Recta subivit.*

Vide Cl. Gronovium ut supra, tom. 3. litera S.


T A B U L A D E C I M A.


J U N O.

Juno Saturni & Opis filia, regina Coeli, Jovisque soror & conjux, & a Romanis Moneta cognominata. De ea Virg. Aen. l. 1. v. 46.

*Ast ego, quae Divûm incedo regina, Jovisque
 Et soror, & conjux, una cum gente tot annos
 Bella gero. Et quisquam numen Junonis adorat.*

De





De Junone Moneta. Ovid. fast. l. 6. v. 183.

*Arce quoque in summa Junoni templa Monetae
Ex voto memorant facta, Camille, tuo.*

De Pavone. Martial. l. 14. epigr. 85.

*Nomina dat spondae pictis pulcherrima pennis.
Nunc Junonis avis, sed prius Argus erat.*

GEMMA XXXIV.

Caput Cleopatrae Aegypti Reginae, cum geminis anguibus in collo. De iis Virg. Aen. l. 8. v. 696.

*Regina in mediis patrio vocat agmina fistro:
Nec dum etiam geminos a tergo respicit angues.*

Martial. l. 4. epigr. 59.

*Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulchro,
Vipera si tumulo nobiliore jacet.*

GEMMA XXXV.

Caput Pietatis velatum & vittatâ comâ ornatum. Apud Romanos pro Deâ culta, qui eae templum exstruxerunt C. Quintio & Quintio Flaminino Coss. Teste Plinio. Vide Gyrald. pag. 31.

D 3

De

De Pietate Papin. Stat. l. 3. fyl. 3. v. 1.

*Summa Deûm Pietas , cuius gratissima Coelo
Rara profanatas inspectant minima terras :
Huc vittata comam , niveoque insignis amictu,
Qualis adhuc praesens , nullaque expulsa nocentum
Fraude , rudes populos , atque aurea regna colebas.*

Ovid. Met. l. 1. v. 149.

*Viçta jacet Pietas : & Virgo caede madentes
Ultima Colestum terras Astraea reliquit.*

G E M M A X X X V I.

Puella admirans abundantiam in cornu , quod portat.
Vide similem , in Daçtyliotheca Cl. viri J. Gronovii , in
parte prima 148. Forſan Amalthea nutrix Jovis , ſeſe in
cornucopiae , Jovis praemio , oblectans. De ea Ovid.
faſt. l. 5. v. 115.

*Naïs Amalthéa Cretaeâ nobilis Idâ
Dicitur in ſilvis occuſiſſe Jovem.
Huic fuit hoedorum mater formoſa duorum
Inter Diçtaeos conſpicienda greges ;
Cornibus aëriis , atque in ſua terga recurvis :
Ubere , quod nutrix poſſet habere Jovis.
Lac dabat illa Deo. Sed fregit in arbore cornu :*

Trun-

*Truncaque dimidiâ parte decoris erat.
 Sustulit hoc Nymphæ; cinctumque recentibus herbis;
 Et plenum pomis ad Jovis ora tulit.
 Ille ubi res Coeli tenuit, folioque paterno
 Sedit, & invicto nil Jove majus erat,
 Sidera nutricem, nutricis fertile cornu
 Fecit; quod dominae nunc quoque nomen habet.*

GEMMA XXXVII.

Vindemiator vel Colonus nudus, atque pubes agrestis,
 sub arbore fruges vel uvas colligentes. De iis Virg.
 Georg. l. i. v. 297.

*At rubicunda Ceres medio succiditur aestu,
 Et medio tostas aestu terit area fruges
 Nudus ara, sere nudus. Hyems ignava Colono.*

v. 338.

*In primis venerare Deos, atque annua magnæ
 Sacra refer Cereri laetis operatus in herbis.
 Extremæ sub casum hyemis, jam vere sereno.
 Tum pingues agni, & tum mollissima vina:
 Tum somni dulces, densasque in montibus umbræ.
 Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.*

Virg.

Virg. eclog. i. v. 80.

*Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem
Fronde super viridi. Sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles, & pressi copia lactis.
Et jam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbrae.*

Georg. 2. v. 89.


*Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiae vites, sunt & Mareotides albae:
Pinguibus haec terris habiles, levioribus illae.*

T A B U L A U N D E C I M A . J U N O S O S P I T A .

Juno Sospita Lanuvii imprimis magno cultu adorata:
teste Livio, cujus simulachrum fingebatur, cum pelle caprina, & hasta, & scutulo, cum calceolis repandis. Vide Gyrald. pag. 123. Sil. Ital. l. 13. v. 364.

*Lanuvio generate, inquit, quem Sospita Juno
Dat nobis, Milo, Gradiui cape victor honorem
Tempora murali vinctus turrata corona.*

Ovid.





Ovid. fast. l. 2. v. 55.

*Principio mensis Phrygiae contermina matri
Sospita delubris dicitur aucta novis.*

De Junone Sospita vide Illustriss. Spanhemium de
præst. Numismatum pag. 83.

G E M M A X X X V I I I.

Luna crescens & Solis astrum supra Palmam , cum
inscriptione , Vovit Lucius PISO FRVgi. De cogno-
mine Pisonis Plin. l. 18. c. 3.

*Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,
Fumida callosâ cum pinseret hordea dextrâ.*

De Sole & Lunâ Lucan. 3. v. 594.

*Nec Lux est notior ulli
Crastina , seu Phoebum videat , seu cornua Lunae.*

Coripp. l. 2. v. 16.

*Et Coeli liquidos formatrix condidit ignes,
Discernens a nocte diem , rutilisque comantem,
Ornavit Solem radiis , & cornua Lunae
Paulatim minui , paulatim crescere jussit.*

E

De

De Palma Virg. Georg. 3. v. 101.

*Hinc alias artis, prolemque parentum,
Et quis cuique dolor victo, quas gloria Palmae.*

Aen. 1. 5. v. 79.

*Cuncti adsint, meritaque expectent praemia Palmae,
Ore favete omnes, Et cingite tempora ramis.*

De Pisonis Palma, illust. Cuperus in Apotheosi,
pag. 218.

*Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem
Exaequamus avis; tamen etsi bella quierunt
Non periit virtus, licet exercere togatae
Munera militiae, licet Et sine sanguinis haustu
Mitia legitimo sub iudice bella movêre.
Hinc quoque servati contingit gloria civis
Altaque victrices intexunt limina Palmae.*

G E M M A XXXIX.

Caduceus cum inscriptione M E Rcurio P A Cifero
Senatus Consulto. De Mercurio Pacifero, Ovid. Met.
l. 14. v. 291.

*Pacifer huic dederat florem Cyllenius album
Moly vocant superi, nigrâ radice tenetur.*

De

De Caduceo Horat. Carm. l. 1. ode 10.

*Tu pias laetis animas reponis
Sedibus, virgâque levem coërces
Aurêâ turbam, superis Deorum
Gratus & imis.*

GEMMA XL.

Aquila inter duo Signa militaria stans & dextram elevans. Cum inscriptione LE GIO XI.

De Aquila & Signis. Ovid. fast. 5. v. 585.

*Signa decus belli Parthus Romana tenebat,
Romanaeque Aquilae signifer hostis erat.*

Epist. 9. ex Ponto l. 2. v. 69.

*Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis,
Vosque meas Aquilas, vos mea Signa sequar.*

De legione. Virg. Aen. 9. v. 174.

*Omnis per muros Legio, sortita periculum,
Excubat, exercetque vires, quod cuique tuendum est.*

GEMMA XLI.

Vir duobus pugionibus armatus ex globo vel ovo
E 2 emer-

emergens; quasi Junoni Lucinæ supplicans, cum inscriptione MINA.

De Junone Lucina, Ovid. fast. 3. v. 255.

Dicite, tu lucem nobis, Lucina, dedisti,

Dicite, tu voto Parturientis ades.

Si qua tamen gravida est; resoluta crine precetur,

Ut solvet partus mollifer illa suos.

T A B U L A D U O D E C I M A.

N E P T U N U S.

NEptunus Saturni ex Ope filius, Jovis & Plutonis frater, qui in Orbis totius divisione maris regnum obtinebat, unde tridentem, peculiare ejus regni sceptrum, gestat. De imperio maris. Virg. Aen. 1. v. 138.


*Non illi imperium Pelagi saevumque tridentem,
Sed mihi sorte datum.*

G E M M A X L I I.

Tridens orbi impositus cum inscriptione PVLLIVS VPSÆVS. S. C. de tridente orbi imposito. Ovid. Met. 1. v. 283.

*Ipse tridente suo terram percussit: at illa
Intremuit, motuque sinus patefecit aquarum.*

G E M M A



NEPTVNVVS.



GEMMA XLIII.

Neptunus rupi insidens, dextra delphinum, sinistra
tridentem transversum tenens. De Neptuno & tridente,
Ovid. Met. 6. v. 75.

*Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi
Exsiluisse ferum; quo pignore vindicet urbem.*

De Delphine. Manil. astro. l. 1. pag. 11.

*Tum quoque de ponto surgit Delphinus ad astra,
Oceani, Coelique decus, per utrumque sacratus.*

GEMMA XLIV.

Tridens flammifer additis stella, & literis TH & Æ.
De tridente flammifero, Lucan. l. 7. v. 147.

Et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis.

De stellâ, forsan Arcturo vel Cynosurâ, Manil. astr.
pag. 10. v. 11.

*Majoremque helice major decircinat arcum.
Septem illam stellae certantes lumine signant:
Qua duce per fluctus Grajae dant vela carinae.*

E 3.

Au-

*Augusto Cynosura brevis torquetur in orbe,
Tam spatium, quam luce, minor, sed iudice vincit
Majorem Tyrio.*

G E M M A X L V.

Cornucopiae inter duos Delphines. De cornucopiae.
Ovid. Met. l. 9. v. 87.

*Najades hoc pomis, & odore flore repletum,
Sacrarunt; divesque meo bona copia cornu est.
Dixerat: at Nymphae, ritu succincta Dianae,
Una ministrarum, fufis utrimque capillis,
Incessit, totumque tulit praedivite cornu
Autumnum, & mensas felicia poma secundas.*

De Delphinis. Virg. Aen. 8. v. 673.

*Et circum argento clari Delphines in orbem
Aequora verrebant caudis, aestumque secabant.*

T A B U L A D E C I M A T E R T I A.


N E P T U N U S T R I D E N T I G E R.

DE eo. Ovid. Met. XI. v. 202.

Cumque Tridentigero tundi genitore profundi.

Lucan.





Lucan. l. 4. v. 110.

*Sic ô summe parens mundi, sic sorte secunda
Aequorei rector facias Neptune Tridentis:
Et tu perpetuis impendas aëra nimbis:
Tu remeare vetes, quoscunque emiseris, aestus.
Non habeant amnes declivem ad litora cursum,
Sed Pelagi referantur aquis; concussaue tellus
Laxet iter fluviois. Hos campos Rhenus inundet,
Hos Rhodanus: vastos obliquent flumina fontes.*

G E M M A XLVI.

Capita jugata Philosophi & uxoris, forsan Cratetis Thebani, & Hipparchiae Maronitae extremo amore conjuncta.

De Cratete, vide Diog. Laërt. l. 6. segm. 85. & Suidam. Crates, Ascondi filius, Diogenis Cynici discipulus, qui rem suam familiarem in nummos redegit, pecuniamque argentario apud Trapezitam dedit ea conditione, ut si filii sui idiotae essent, eam illis redderet: sin autem Philosophi, plebi distribueret. Nihilo quippe egere si Philosopharentur. Filias suas discipulis locavit suis, illis, experimenti causa, dans triginta dies, ut ipse dicebat. Alexandro interroganti, num vellet restitui ac refici patriam suam, quid, ait, opus est? rursus enim fortassis Alexander eam alius diruet. l. 6. segm. 93.

ΕΨΙΙ

ἔχουσιν δὲ πατρίδα τὴν ἀδοξίαν,
καὶ τὴν πτωχείαν δ' αὖ, ἀνιάλωτον τῇ τύχῃ.
καὶ, Διογένης
εἶναι πολίτης, ἀντιβουλῶν τε φθόνου.

*Habere se patriam, contemptum gloriae
Et paupertatem, quae excindi a fortuna non possit.
Et Diogenis
Civem se esse, invidiae insidias non metuentis.*

Cum autem sentiret se morti proximum, hoc sibi accinebat carmen, dicens. l. 6. segm. 92.

Στείχουσιν δὴ φίλε κύρτων,
βάσις τ' εἰς αἶδας δόμους, κυφὸς διὰ γῆρας.

*Vadis nunc optime curve,
Vadis ad Orci aedes, longâ gibbose senectâ.*

De Hipparchia. Diog. Laërt. l. 6. segm. 96.

Hipparchia, Metroclis soror, Cratetis vitam atque verba ardentem amabat, neque ullâ omnino procorum excellentiâ potuit avelli, non opibus, non nobilitate, non pulchritudine, sed haec omnia ipsi Crates erat, parentibusque minabatur se seipsam, nisi huic traderetur, necaturam. Cum igitur Crates a parentibus puellae rogaretur, uti ab hoc illam proposito averteret; postquam egit omnia, nec persuasit, exsurgens, omni sua suppelleçtile ante illius oculos exposita, hic, ait, spon-

GEMMAE ANTIQUAE. 41

sponsus , haec ejus possessio est , ad haec delibera. Neque enim esse nostri consors poteris , nisi eadem studia attigeris. Elegit continuo puella , sumptoque illius habitu , una cum viro circuibat , & congregiebatur in aperto , atque ad coenas proficiscebatur. Scripsit Tragoedias altissimo Philosophiae stylo. Quale illud est Seg. 98.

ὄυχ ἄς πάτρας μοι πύργῳ , ἡ μία στήγη,
πάτρης δὲ χέρσιν καὶ πόλισμα καὶ δόμῳ
ἔτοιμῳ ἡμῖν ἐνδοξαῖσθαι πάρα.

*Non turris una , nec casa una patriae
Mihī est , sed universae arces terrae , & domus
Parata nobis mansio & coenacula.*

GEMMA XLVII.

Neptunus in Arietem commutatus cum Theophane concumbens , ex quo natus est Aries Chrysomallus , qui Colchos Phryxum vexit , & sororem Hellen submersit. Cujus pellem Æeta rex in luco Martis habuit positam , quam Jason , Medae arte , sustulit. Hygin. fab. 188. & Ovid. in epist. Leandri.

*Invideo Phryxo , quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.*

F

Manil.

Manil. Astr. l. 4. pag. 96.

*Testis tibi Laniger ipse.
Quum vitreum findens Aurato vellere Pontum,
Orbatumque sua Phryxum per fata sorore
Phasidos ad ripas, & Colchida regna revexit.*

Ovid. trist. l. 3. eleg. 12. v. 3.

*Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen.
Tempora nocturnis aequa diurna facit.*

G E M M A XLVIII

Caput, forsan Promethei Japeti filii, apposita facula ardente; qui cum Minervae operâ in Coelum sublatus esset, (ubi, cum corpora omnia Coelesti igne videret animata, operi suo id utilissimum fore ratus) faculam, quam secum attulerat, rotae solis admovit, eaque accensa ignem detulit in terras, luteumque suum hominem eo animavit: quod Promethei furtum aegre ferens Jupiter, Pandoraë pyxidem tradidit ad virum perferendam, quam cum ille aperuisset, mille morborum aliarumque calamitatum generibus genus humanum implevit. Horat. l. 1. od. 3.

*Audax Japeti genus,
Ignem fraude malâ gentibus intulit:*

Post


1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that this is essential for ensuring transparency and accountability in the organization's operations.

2. The second part of the document outlines the various methods and techniques used to collect and analyze data. It includes a detailed description of the experimental procedures and the statistical analysis performed on the results.

3. The third part of the document presents the findings of the study. It includes a series of tables and graphs that illustrate the data collected during the experiment. The results show a clear trend in the data, which is discussed in detail.

4. The fourth part of the document discusses the implications of the findings and the potential applications of the research. It highlights the importance of the results and the need for further research in this area.

5. The fifth part of the document provides a conclusion and a summary of the key points. It reiterates the importance of accurate record-keeping and the value of the research findings.



*Post Ignem aetheria domo
 Subductum, macies, & nova februm
 Terris incubuit cohors:
 Semotique prius tarda necessitas
 Lethi, corripuit gradum.*

GEMMA XLIX.

Marcus Curtius armatus & exornato equo insidens, manus nunc in coelum, nunc in patentes terrae hiatus ad Deos Manes porrigens, (adstante muliere manus suas pariter attollente) se in specum immisit; & acceptam a patria vitam eidem impendere voluit; unde lacus Curtius, vide Livium l. 7. & de lacu gemmam 25. tab. 7. & Cl. Gronovii Antiquitates tom. 2. 89.

TABULA DECIMA QUARTA.

VENUS PELAGIA.

Hanc Poëtae ex spuma Maris & Coeli testiculis natam fabulantur, a Saturno excisis & in mare projectis, unde & Ἀφροδίτη, id est a spuma maris, Aphroditem appellarunt. De ea Ovid. fast. 4. v. 61.

*Sed Veneris mensem Graeco sermone notatum
 Auguror: a spumis est Dea dicta maris.*

G E M M A L.

Neptunus tridentifer equo marino infidens. Virg. Aen.
l. 5. v. 817.

*Jungit equos auro genitor, spumantiaque addit
Frena feris, manibusque omnis effundit habenas.
Caeruleo per summa levis volat aequora curru.*

Georg. l. 1. v. 12.

*Tuque ô, cui, prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune.*

G E M M A L I.

Triton tridentem tenens, & sinistram extendens. Deus
marinus, Neptuni & Salaciae Nymphae marinae filius,
quem Poëtae fingunt Neptuni tubicinem fuisse. Virg.
Aen. l. 1. v. 144.

*Cymothoë simul & Triton adnixus acuto
Detrudunt navis scopulo. Levat ipse tridenti;
Et vastas aperit Syrtis, & temporat aequor:
Atque rotis summas levibus perlabitur undas.*

Ovid. Met. l. 1. v. 333.

Caeruleum Tritona vocat; conchaeque fonaci

In-

*Inspirare iubet ; fluctusque & flumina signo
 Jam revocare dato. Cava buccina sumitur illi
 Tortilis , in latum quae turbine crescit ab imo :
 Buccina , quae medio concepit ut aëra ponto,
 Littora voce replet sub utroque jacentia Phoebos.*

GEMMA LII.

Scylla Phorci filia , quae cum mutuo Glauci amore teneretur , indignata Circe , quae Glaucum misere deperibat , Scyllam sibi ab illo praeferri , fontem , in quo illa lavari solebat , noxiis herbis veneficisque infecit , cujus rei illa ignara , cum lavandi gratia fontem ingressa esset , & vidisset inferioris corporis partem in caninos rictus esse commutatam , deformitatem tantopere exhorruit , ut se statim in vicinum fretum praecipitaverit , ubi & in Saxum mutata fingitur , Charybdi ex adverso objectum praeternavigantibus vehementer periculosum. De ea Ovid. Met. l. 14. v. 59.

*Scylla venit ; mediaque tenuis descenderat alvo ;
 Cum sua foedari latrantibus inguina monstris
 Aspicit : ac primo non credens corporis illas
 Esse sui partes , refugitque , abigitque , timetque
 Ora proterva canum. Sed quos fugit , attrahit una.
 Et corpus quaerens femorum , crurumque , pedumque ,
 Cerbereos rictus pro partibus invenit illis.
 Statque canum rabies : subjectaque terga ferarum*

*Inguinibus truncis uteroque exstante cohaerent.
Flevit amans Glaucus: nimiumque hostiliter usae
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mansit.*

Ovid. ex Ponto l. 4. epist. 10. v. 26.

*Scylla feris trunco quod latrat ab inguine monstis;
Heniochae nautis plus nocuere rates.
Nec potes infestis conferre Charybdis Achaeis;
Ter licet epotum ter vomat illa fretum.*

G E M M A L I I I.

Galatea vel Nereis clypeata, equo marino insidens, adnatante delphino, mare secans.

Galatea Nympha marina, Nerei & Doridis filia, Polyphemum amantem spernebat, Acimque ei praeferebat, quare indignatus Cyclops, rivalem Saxo de rupe avulso interfecit, cujus casum miserati Dii marini in fluvium sui nominis eum commutarunt. Qui in Aetna monte oriens in mare Siculum defertur. De ea Claudian. de rapt. l. 3.

*Lucus erat prope flumen Acim, quem candida praefert
Saepe mari, pulchroque secat Galatea natatu.*

De

De Galatea & Nerëia Virg. Aen. 9. v. 102.

*Qualis Nerëia Doto
Et Galatêa secant spumantem pectore pontum.*

Perf. fat. 1. v. 94.

Et qui Caeruleum dirimebat Nerea Delphin.

Virg. eclog. 7. v. 37.

*Nerine Galatêa, thymo mihi dulcior hyblae,
Candidior Cygnis, edera formosior alba.*

De Amore Polyphemi, Ovid. Met. 13. v. 789.

*Candidior nivei folio, Galatêa, ligustri;
Floridior pratis; longa procerior alno;
Splendidior vitro; tenero lascivior haedo;
Laevior assiduo detritis aequore conchis;
Solibus hibernis, aestivâ gratior umbrâ;
Nobilior pomis; platano conspectior altâ;
Lucidior glacie; maturâ dulcior uvâ;
Mollior & Cygni plumis, & lacte coacto;
Et, si non fugias, riguo formosior horto.
Saevior indomitis eadem Galatêa juvencis.
&c.*

T A-

TABULA DECIMA QUINTA.

V E N U S.

Venus ab antiquis Amorum, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum, voluptatumque omnium habitata est Dea. Praecipue in urbe Cypri Papho adorata, in qua templum habuit centum aris per indigenas, advenasque inclytum. Cestum etiam cingulum Veneri attribuerunt.

De templo Veneris Virg. Aen. l. i. v. 415.

*Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
Laeta suas: ubi templum illi, centumque Sabaeo
Thure calent Arae, fertisque recentibus halant.*

Horat. Carm. l. i. ode 30.

*O Venus regina Cnidi Paphique,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glycerae decoram
Transfer in aedem.
Fervidus tecum puer & solutis
Gratiae Zonis, properentque Nymphae
Et parum comis sine te juventas
Mercuriusque.*

De



De Cesto Martial. l. 6. epigr. 13.

*Ut Martis revocetur amor, summique tonantis,
A te Juno petat Ceston & ipsa Venus.*

GEMMA LIV.

Venus Victrix dextra cubito columnae, appposito scuto, innitens, sinistra galeam & dextra hastam tenens.
De Venere Victrice Aufon. epigr. 43.

*Armatam Pallas Venerem Lacedaemone visens
Visne, ut judicium sic ineamus? ait.
Cui Venus arridens, quid me galeata laceffis?
Vincere si possum nuda, quid arma gerens?*

Propert. l. 4. eleg. 1. v. 46.

*Vexit & ipsa sui Caesaris arma Venus
Arma resurgentis portans victricia Trojae.*

GEMMA LV.

Venus Victrix sinistro cubito columnae nixa. sinistra palmam & dextra malum. in signum victoriae, sub Parade judice, tenens. Ovid. de Arte Amand. l. 1. v. 247.

Hic tu fallaci nimium ne crede lucernae.

G

Judi-

Judicio *formae*, noxque merumque nocent.
Luce Deas coeloque Paris spectavit aperto;
Cum dixit Veneri, Vincis utramque Venus.

G E M M A L V I.

Vir duos Anseres ferens, forsan in delubrum Junonis, quod in templo Jovis Capitolini erat. Anseres olim publice in Capitolio alebantur, quod custodibus omnibus sopitis, Romanos ad defensionem arcis excitavissent, & arcem suis veluti excubiis, a Gallorum vi servassent. Martial. l. 13. epigr. 74.

Haec servavit avis Tarpeii templa tonantis
Miraris? nondum fecerat illa Deus.


L. 9. epigr. 32.

Ipse suas anser laetus properavit ad aras,
Et cecidit sanctis hostia parva focis.
Octo vides patulo pendere numismata rostro
Alitis? haec extis condita nuper erant.

Virg. Aen. l. 8. v. 655.

Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus Gallos in limine adesse canebat:
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant
Defensi tenebris, & dono noctis opacae.

G E M.





GEMMA LVII.

Orpheus sinistra Lyram vel Citharam tenens. Et dextra saxo innitens. De Orpheo & sua Lyra Ovid. de arte Amand. l. 3. v. 321.

*Saxa ferasque Lyra movit Rhodopeius Orpheus
Tartareosque lacus, tergeminumque canem.*

De Cithara, Martial. l. 14. epigr. 165.

*Reddidit Eurydicen vati: sed perdidit ipse,
Dum sibi non credit, nec patienter amat.*

TABULA DECIMA SEXTA.

CUPIDO.

Cupido, Amoris Deus, ex Venere & Jove natus, caecus, nudus, alatus, arcitenens, flammis & telis, (aureis videlicet & plumbeis) armatus; apud Dieneses in Macedonia pro Deo adoratus, qui & ei templum aedificaverunt. Vide Cl: Vaillantium in Coloniae tom. 2. pag. 170, in nummo Alexandri Severi. De Cupidine Propert. l. 2. eleg. 9. v. 5.

*Idem non frustra ventosas addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum.*

G 2

Scili.

*Scilicet alterna quoniam jacēmur in unda,
 Nostraque non ullis permanet aura locis.
 Et merito hamatis manus est armata sagittis,
 Et pharetra ex humero Gnosia utroque jacet:
 Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hostem,
 Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.*

De aureo & plumbeo telo Ovid. Met. l. i. v. 468.

*Eque sagittiferâ promisit duo tela pharetrâ
 Diversorum operum. Fugat hoc, facit illud amorem.
 Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acutâ:
 Quod fugat, obtusum est; & habet sub arundine plumbum.
 Hoc Deus in Nympha Peneïde fixit; at illo
 Laesit Apollineas trajecta per ossa medullas.
 Protinus alter amat; fugit altera nomen amantis.*

G E M M A L V I I I.

Cupido sinistra sagittam & arcum, dextra palmam tenens. De sagittis & arcu Ovid. amor. l. i. eleg. i. v. 21.

*Questus eram; pharetrâ cum protinus ille solutâ
 Legit in exitium spicula facta meum.
 Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum:
 Quodque canas, vates, accipe, dixit, opus,
 Me miserum! certas habuit puer ille sagittas.
 Uror & in vacuo pectore regnat Amor.*

Sili

Sil. Ital. l. 7. v. 443.

*Parvulus ex humero Corytus & aureus arcus
Fulgebat, nutuque vetans trepidare parentem,
Monstrabat gravidam telis se ferre Pharetram.*

GEMMA LIX.

Cupido Leonem domans. De Cupidinis potentia
Ovid. Met. l. 1. v. 463.

*Filius huic Veneris; Figat tuus omnia, Phoebe;
Te meus arcus, ait: quantoque animalia cedunt
Cuncta tibi, tanto minor est tua gloria nostra.*

GEMMA LX.

Arion, Cupido vel Melicerta in curru ab duobus
Delphinis per mare tracto. De Delphinis Stat. syl. 3.
v. 27.

*Sestiacos nunc fama sumus, pelagusque natatum
Factet & audaci junctos Delphines ephebo.*

Propert. l. 2. eleg. 20. v. 17.

*Sed tibi subsidium Delphinum currere vidi,
Qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram.*

G 3

Mar-

Martial. l. 8. epigr. 51.

*Sic Methymnaeo garvisus Arione Delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.*

G E M M A L X I.

Pan Pastorum Deus , & Pales Pastorum vel pabuli
Dea. De Pane Ovid. fast. 2. v. 171.

*Pana Deum pecoris veteres coluisse feruntur
Arcades, Arcadiis pluribus ille jugis.*

De Pale Dea. Ovid. fast. 4. v. 723.

*Alma Pales, faveas pastoria sacra canenti,
Prosequor officio si tua festa pio.
Certe ego de vitulo cinerem stipulasque fabales,
Saepe tuli plena februa casta manu.*

Virg. georg. l. 3. v. 1.

*Te quoque, magna Pales, & te, memorande, canemus,
Pastor ab Amphryso: vos, silvae amnesque Lycae.*

Et, v. 294.

*Nunc, Veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.
Incipiens stabulis edico in mollibus herbam*

Car-



*Carpere ovis , dum mox frondosa reducitur aestas.
Et multa duram stipula filicumque manipulis
Sternere subter humum , glacies ne frigida laedat
Molle pecus , scabiemque ferat , turpisque podagras.*

TABULA DECIMA SEPTIMA.

P S Y C H E.

P Syche papilio vel anima ; quam Cupido adamavit ,
eamque sibi copulavit , teste Fulgentio. l. 3. cap. 6.
De Psyche, seu fabula papilionis. Vide Cl: Gronovium in
gemmis Leonard. Augustin. gemm. 74. & Natalem Ron-
dinium.

*Nympharum Psyche , quâ non fuit altera totâ
Pulchrior Arcadiâ , cui cura nec ulla fluentem
Aut mulcêre comam , aut tenues percurrere telas ,
Miles erat Phoebes , voluitque inculta videri ,
Et placuit : nemora & sylvas nec gratior ulla
Attigit , aut montes venatu terruit ulla.
Jamque toros taedis aetas matura jugales
Spondebat : fugit illa faces & nomen amantis ,
Seque odit , votoque dolet , quod forma repugnet.*

G E M M A L X I I.

Cupido alatus stans , facem sine luce tenens. De
Cupidine Tibull. pag. 335.

Ecce

*Ecce puer Veneris fert eversamque Pharetram
 Et fractos arcus & sine luce facem.
 Adspice, demissis ut eat miserabilis alis,
 Pectoraque infesta fundat aperta manu.*

G E M M A L X I I I.

Formosa Venus nuda stans. De ea Ovid. epist. Leand.
 Heroni. v. 69.

*A Veneris facie non est prior ulla tuâque,
 Neve meis credas vocibus, ipsa vides.
 Quanto, cum fulges radiis argentea puris,
 Concedunt flammis sidera cuncta tuis;
 Tanto formosis formosior omnibus illa est.
 Si dubitas, caecum, Cynthia, lumen habes.*

Ovid. de arte Amand. l. 3. v. 401.

*Si Venerem Cous nusquam posuisset Apelles;
 Mersa sub aequoreis illa lateret aquis.*

G E M M A L X I V.

Venus & Cupido cum leone ludentes. Vide Venerem
 loquentem apud Ovid. Met. l. X. v. 544.

*Inquit: in audaces non est audacia tuta.
 Parce meo, juvenis, temerarius esse periclo:*

Neve

*Neve feras , quibus arma dedit natura , laceſſe :
 Stet mihi ne magno tua gloria. Non movet aetas ,
 Nec facies , nec quae Venerem movêre , leones ,
 Setigerosque ſues , oculosque , animosque ferarum .
 Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri :
 Impetus eſt fulvis & vaſta leonibus ira .*

De Venere & Cupidine Met. 9. v. 481.

*Prò Venus , & tenerâ volucer cum matre Cupido !
 Gaudia quanta tuli ! quam me manifeſta libido
 Contigit ! ut jacui totis reſoluta medullis !
 Ut meminiffe juvat ! quamvis brevis illa voluptas ,
 Noxque fuit praeceps , & coeptis invida noſtris .*

GEMMA LXV.

Vir faxo inſidens , adſedente juvene , calamos inſtante.
 Vide Virg. eclog. 5. v. 1.

*Cur non Mopſe , boni quoniam convenimus ambo ,
 Tu calamos inſtare levis , ego dicere verſus ,
 Hic corulis mixtas inter conſidimus ulmos ?*

Eclog. 8. v. 25.

*Incipe Maenaliος mecum , mea tibia , verſus .
 Mopſo Niſa datur . Quid non ſperemus amantes ?
 Fungetur jam gryphes equis : aervoque ſequenti
 Cum canibus timidi venient ad pocula damae .*

H

T A-

TABULA DECIMA OCTAVA.

P L U T O.

Pluto Saturni ex Ope filius, Jovis & Neptuni frater. Qui cum ad regni divisionem venissent, Plutoni, natu minimo, pars occidentalis, id est, inferum mare, obtigit: Jovi plaga Orientalis: Neptuno insulae. Hinc fabula, Jovi imperium Coeli, Neptuno maris, Plutoni inferorum obtigisse. De infernis Virg. Aen. 6. v. 126.

Facilis descensus Averni.

*Noctes atque dies patet atri janua Ditis:
Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. Pauci, quos aequus amavit
Juppiter, aut ardens evexit ad aethera virtus,
Dis geniti potuere.*

De Cerbero Virg. Aen. 6. v. 417.

*Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans immanis in antro.*

G E M M A L X V I.

*Aristaeus instinctu matris Cyrenes Oraculum Protei,
ad recuperandas apes, consulens, quas Nymphae, per-
dide-*



diderant, in ultionem *Eurydices*, quae *Aristaeum* fugiens a serpente occisa erat. Vide Virg. georg. 4. v. 526.

*Ah miseram Eurydicen anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripae.
Haec Proteus: Et se jactu dedit aequor in altum:
Quaque dedit, spumantem undam sub vertice torsit.
At non Cyrene. Namque ultro affata timentem:
Nate, licet tristis animo deponere curas.
Haec omnis morbi caussa: hinc miserabile Nymphae,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus. Tu munera supplex
Tende petens pacem, Et faciles venerare Napaeas.
Namque dabunt veniam votis, irasque remittent.
Sed, modus orandi qui sit, prius ordine dicam.*

De Proteo se transformante in omnia miracula rerum
Ovid. Met. l. 8. v. 730.

*Sunt, quibus in plures jus est transire figuras:
Ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.
Nam modo te juvenem, modo te videre leonem,
Nunc violentus aper: nunc, quem tetigisse timerent,
Anguis eras: modo te faciebant cornua taurum.
Saepe lapis poteras, arbor quoque saepe videri.
Interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen eras: interdum undis contrarius ignis.*

H 2

Horat.

Horat. Satyr. l. 2. satyr. 3. v. 71.

*Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus.
Cum rapies in jus , malis ridentem alienis ,
Fiet aper, modo avis , modo saxum , & , cum volet, arbor.*

G E M M A L X V I I .

Rex Parthorum Sellae insidens & senator stans supra posita luna crescente. De regibus Parthorum Martial. l. 10. epigr. 72. v. 5.

*Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes humilesque , supplicesque
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus , sed imperator,
Sed justissimus omnium senator.*

G E M M A L X V I I I .


Hercules stans, dextra *clavam* , sinistra *exuvias Leonis* tenens. De Hercule Ovid. fast. 5. v. 393.

*Perspicit interea clavam spoliumque Leonis :
Virque , ait , bis armis , armaque digna viro.*

G E M M A L X I X .

Duo monstra, capita hominum habentia. De Monstris Virg. Aen. l. 6. v. 285.

Mul



*Multaque praeterea variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant, Scyllaeque biformes,
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernaë
Horrendum stridens, flammisque armata Chimaera:
Gorgones, Harpyaeque & forma tricorporis umbrae.*

Virg. Aen. 7. v. 327.

*Odit & ipse pater Pluton, odère sorores
Tartareae monstrum: tot sese vertit in ora,
Tam saevae facies, tot pullulat atra colubris.*

TABULA DECIMA NONA.

PROSERPINA.

Proserpina Jovis & Cereris filia, Plutonis uxor, in campis Ennaeis a Plutone rapta, & cum Ceres filiae suae reditum a Jove ea lege impetrasset, si nihil cibi apud inferos gustasset, Ascalaphus eam prodidit, quod septem grana mali Punici ab arbore decerpti comedisset. Vide Ovid. Met. l. 5. v. 533.

*Dixerat. At Cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt: quoniam jejunia virgo
Solverat, &, cultis dum simplex errat in hortis,
Puniceum curvâ decerpserat arbore pomum:
Sumptaque pallenti septem de cortice grana*

H 3

Pref-

*Presserat ore suo. Solusque ex omnibus illud
 Viderat Ascalaphus: quem quondam dicitur Orphne,
 Inter Avernales haud ignotissima Nymphas,
 Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris.
 Vidit: & indicio reditum crudelis ademit.*

Quare indignata Proserpina, Ascalaphum postea in bubonem, avem funestam, & rerum tristium praenunciam, convertebat. Met. 5. v. 543.

*Ingemuit regina Erebi; testemque profanam
 Fecit avem: sparsumque caput Phlegetontide Lymphâ,
 In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
 Ille sibi ablatu fulvis amicitur ab alis;
 Inque caput crescit; longosque reflectitur ungues;
 Vixque movet natas per inertia brachia pennas:
 Foedaque fit volucris, venturi nuntia luctus,
 Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.*

G E M M A L X X.

Rota Orbi imposita, inter gubernaculum & aristam, additis signis Jovis & Mercurii, cum inscriptione FORtuna AVGuſti. XXIII. forte in memoriam victoriae navalis, per quam Augustus frumenti abundantiam obtinebat. De fortuna Ovid. trist. 5. eleg. 8. v. 15.

*Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
 Et manet in nullo certa tenaxque loco.*

Sed

GEMMAE ANTIQUAE.

63

*Sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos;
Et tantum constans in levitate sua est.*

Manil. astr. l. 1. pag. 16.

*Quot capti populi? quoties fortuna per orbem
Servitium, imperiumque tulit, varietque revertit?*

GEMMA LXXI.

Serpens arae implicitus, & infra pharetra & fax; ex
adverso clypeus columnae oleiferae affixus, cum inscrip-
tione PACI. AV Gusti. De pace & ara Virg. Aen. 4. v. 5.

*Principio delubra adeunt pacemque per aras
Exquirunt: maclant lectas de more bidentis.*

De clypeo Virg. Aen. 3. v. 286.

*Aere cavo clypeum, magni gestamen Abantis
Postibus adversis figo, & rem carmine signo:
Aeneas haec de Danais victoribus arma.*

GEMMA LXXII.

Ignis columnae impositus inter hastam, enssem, glo-
bum, scuta, galeam & facem, cum inscriptione, MAR-
CELLVS FILIVS DIVI CAESARIS MEMORANDVS.
De scutis & galea Ovid. epist. ex Ponto 4. l. 3. v. 103.

Scuta,

*Scuta, sed & Galeae gemmis radientur & auro,
Stentque super victos trunca tropaea viros.*

De armis & ense Ovid. ad Liviam Augustam, v. 235.

*Iste meus periit: periit arma inter & enses:
Et dux pro patriâ. Funere caussa latet.*

De Marcello Ovid. ad Liviam v. 65.

*Vidimus erepta moerentem stirpe sororis.
Luctus ut in Druso, publicus ille fuit.
Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, sepulcro:
Et cepit generos jam locus ille duos.*


Virg. Aen. 6. v. 879.

*Heu pietas, heu prisca fides, invictaque bello
Dextera! non illi se quisquam impune tulisset
Obvius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer! si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. Manibus date lilia plenis:
Purpureos spargam flores, animamque nepotis
His saltem ad cumulum donis, & fungar inani
Munere.*

Horat. carm. l. i. od. 12. v. 45.

Crescit occulto velut arbor aëvo

Fama



Fama Marcelli: *micat inter omneis*
 Julium fidus, *velut inter igneis*
Luna minores.

GEMMA LXXIII..

Spicae colligatae cum inscriptione COS. III. forte
 in memoriam Annonae imperatoris Hadriani, consulatu
 tertio. De spicis Ovid. Met. l. 10. v. 431.

● *Festa piae Cereris celebrabant annua matres*
Illa, quibus niveâ velatae corpora veste
Primitias frugum dant spicea ferta suarum.

TABULA VIGESIMA.

S O L.

SOL Planetarum omnium medius & temporum dis-
 pensator, qui adventu suo diem, & recessu noctem,
 efficit. De sole Horat: carmen saeculare pro imperii Ro-
 mani incolumitate pag. 367. v. 9.

Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis & celas, aliusque & idem
Nasceris; possis nihil urbe Roma
Visere majus.

I

Lucan.

Lucan. l. 10. v. 201.

*Sol tempora dividit anni,
Mutat Nocte diem, radiisque potentibus astra
Ire vetat, cursusque vagos statione moratur.*

Virg. Georg. l. 1. v. 231.

*Idcirco certis dimensis partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.*

Virg. Georg. l. 3. v. 357.

*Tum Sol pallentis haud umquam discutit umbras :
Nec cum invectus equis altum petit aethera : nec cum
Praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum.*

G E M M A L X X I V .

Pavo orbi insistens. A E T E R N I T A S. C. S. F.
Consensu Senatus Factum. Procul dubio in consecratio-
nem Augustae cujusdam. De aeternitate Virg. Aen. l. 1.
v. 278.

*His ego nec metas rerum, nec tempora pono :
Imperium sine fine dedi.*

GEMMA

GEMMA LXXV.

Cochlea , cui ara frugifera , exiliente angue , imposita,
globus & Ciconia ensifer , tanquam hostis ad anguem ac-
cedens , cum literis S. C. De angue Virg. eclog. 3. v. 92.

*Qui legitis flores , & humi nascentia fraga ,
Frigidus , ô pueri fugite hinc , latet anguis in herba.*

De hostilitate Ciconiae & anguis Juvenal. sat. 14. v. 74.

Serpente Ciconia pullos
*Nutrit , & inventa per devia rura lacerta :
Ille eadem sumtis quaerunt animalia pinnis.*

GEMMA LXXVI.

Libra, cum inscriptione JVS. DOMI. CORNE.
forfan JVSTitia DOMItiani in CORNELIAM, virgi-
num Vestalium maximam, ex familia Cossorum; captam
in locum Laeliae defunctae, Nerone imperante, olim
absolutam, ac multo post repetita accusatione convictam,
quam Domitianus vivam defodi jussit. Teste Eusebio, an-
no undecimo regni Domitiani. De ea plura Plin. epist. 4. 11.
De libra Manil. astr. pag. 97. v. 3.

*Sed quum autumnales coeperunt surgere Chelae
Felix aequato genitus sub pondere Librae*

I 2

Judex

*Judex extremae sistet vitaeque necisque :
Imponetque jugum terris , legesque rogabit.
Illum urbes & regna tremant nutuque regentur
Unius , & coeli post terras jura manebunt.*

G E M M A L X X V I I .

Templum Delphici Apollinis , in fronte solis astro
ornatum , cum inscriptione HON. APOL. TIT.
DELP. CON. CHAL. Forſan HONori APOLLinis.
TITanis , templum DELPhis CONſtructum CHAL-
cioecum , id eſt , ex aere factum , idem quod Minervae
Chalcioecum templum apud Lacedaemonios , cui cogno-
men a materia , teſte Pauſan. l. 10. & de oraculis Del-
phicis Lucan. l. 5. v. 68.

*Finemque expromere rerum
Sollicitat ſuperos , multosque obducta per annos
Delphica fatidici reſerat penetralia Phoebi.*

Ovid. Met. l. 15. v. 630.

*Auxilium coeleſte petunt : mediamque tenentes
Orbis humum Delphos adeunt oracula Phoebi :
Utque ſalutiferâ miſeris ſuccurrere rebus
Sorte velit , tantaque urbis mala finiat , orant.
Et locus & laurus , & , quas habet illa , pharetrae,
Intremuere ſimul : cortinaque reddidit uno
Hanc adyto vocem ; pavefactaque pectora movit.*

Calli-



Callimach. in Apoll. Hym. v. 95.

ἔδ' ἔ μὲν αὐτοὶ
 βαττιάδαι φοίβοιο πλείον θεὸν ἄλλον ἔτισαν.
 ἰὴ ἰὴ παιῶν, ἄκρόμιν, οὐνεκα ἔτο.
 Δελφός τοι πρῶτιστον ἐφύμνιον ἄριστο λαός,
 ἡμεῖς ἐκὼς ἱερόλιον χρυσέων ἐπιδείκνυσσ' τόξων.

*At neque Batti
 Progenies ullum plus Phoebos numen adorat.
 Io Io Paeon, patulus jam personat aures.
 Id primum accinuit Phoebos gens Delphica carmen.
 Aurea cum affulsit certissima spicula torquens.*

TABULA VIGESIMA PRIMA.

A P O L L O.

A Pollo Jovis ex Latona filius, in Delo eodem partu cum Diana natus, Citharoedorum Deus, vaticinii praeses, sagittandi peritissimus, & medicinae inventor.
 De Apolline Virg. Aen. l. 12. v. 393.

*Ipse suas artis, sua munera laetus Apollo
 Augurium citharamque dabat celerisque sagittas.
 Ille, ut depositi proferret fata parentis,
 Scire potestates herbarum usumque medendi
 Maluit, & mutas agitare inglorius artes.*

I 3

Ovid.

Ovid. Met. 1. v. 516.

*Jupiter est genitor , per me , quod eritque , fuitque,
Estque , patet: per me concordant carmina nervis.
Certa quidem nostra est: nostrâ tamen una sagittâ
Certior , in vacuo quae vulnera pectore fecit.
Inventum medicina meum est; opiferque per orbem
Dicor ; & herbarum subiecta potentia nobis.*

G E M M A L X X V I I I .

Apollo dextra Lyram tenens , sinistra trunco arboris
innitens , & tubicen sub arbore tubam inflans , collo-
quentes. Apollo de Lyra. Ovid. epist. Briseis Achilli. v. 117.

*Et si quis quaerat , quare pugnare recuses :
Pugna nocet: Citharae noxque Venusque juvant.
Tutius est jacuisse toro , tenuisse puellam ,
Threïciam digitis increpuisse Lyram:
Quam manibus clypeos , acutae cuspidis hastam
Et galeam pressa sustinuisse coma.*

Tubicen de tuba. Tibull. 1. 2. eleg. 6. v.

*Castra peto , valeatque Venus , valeantque puellae.
Et mihi sunt vires , & mihi facta tuba est.*

Virg.

Virg. Aen. l. 9. v. 503.

*At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit. Sequitur clamor, coelumque remugit.*

GEMMA LXXIX.

Magister & discipulus tibicines. De iis Horat. de arte
poëtica. v. 412.

*Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer: sudavit, & alfit:
Abstinit Venere & vino. Qui Pythia cantat
Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.
Nunc satis est dixisse, ego mira poëmata pango.
Occupet extremum scabies; mihi turpe relinqui est,
Et, quod non didici, sane nescire fateri.*

Virg. Aen. l. 9. v. 641.

Maecte nova virtute, puer. Sic itur ad astra.

GEMMA LXXX.

Mus Lyrae imposita. Forsan in memoriam Apollinis
Sminthei, cujus templum in urbe Chrysa, ubi mus
sub pede simulachri. Vide Strabonem l. 13. & Ovid.
fast. 6. v. 425.

Con-

*Consulitur Smintheus: lucoque obscurus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos.*

Homer. Iliad. A. ex editione doctissimi viri Joan. Scherpezeelii. pag. 16. v. 39.

Σμινθῶ· εἰποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὶν ἔρυσσα.

Smintheu: si quando tibi pulcrum templum coronavi.

G E M M A L X X I.

Tibicen trunco arboris infidens. De tibiis Ovid. fast. 6. v. 657.


*Temporibus Veterum Tibicinis usus avorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis:
Cantabat moestis tibia funeribus.*

Horat. carm. l. 4. ode 12. v. 9.

*Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula:
Delectantque Deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiae placent.*

TABU-

APOLLO NOMIVS.



ONYC. INC.
82

ONYC. INC.
83



ONYC. INC.
84



ONYC. INC.
85

TABULA VIGESIMA SECUNDA.

APOLLO NOMIUS.

NOmius appellatus, quod Admeti regis armenta apud Amphrysum fluvium pavit, divinitate privatus, quod Cyclopes occidisset, ob fabricatum fulmen, quo filius ejus Aesculapius fuit ad inferos detrusus.

De Apolline Pastore Ovid. de arte l. 2. v. 239.

Cynthius Admeti vaccas pavisse *Pheraeas*
Fertur, & *in parvâ delituisse casâ.*

Tibull. l. 2. eleg. 3.

Pavit & Admeti tauros *formosus* Apollo,
Nec Cithara, intonsae profueruntve comae:
Nec potuit curas sanare salubribus herbis.
Quidquid erat medicae vicerat artis amor.

Theocrit. eidyl. 1.

Ἄρχετε βοκολικᾶς, μῶσσι φίλαι, ἄρχετ' αἰδᾶς.
 Πολλαί ὃι παρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δὲ π ταῦροι,
 Πολλὰ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόριες ὠδύραται.

Λήγῃτε βοκολικᾶς, μῶσαι, ἴπ, λήγετ' αἰδᾶς.
 Εἰθ' ὦναξ, καὶ πίνδε Φέρ' ὠπάκτιο μελίπτεν
 Εἰς κρηῶν σύειγλα καλὰν περὶ χεῖλ' ἐλυκπίν.

K

Dicite

*Dicite bucolicos mea carmina, dicite cantus
Omnes haec placidaeque boves tenerique juvenci,
Et vituli, & fortes qui stant ad flumina tauri,
Daphnidis interitum, & crudelia funera lugent.*

*Claudite bucolicos mea carmina, claudite cantus
Pan ades, & calamos hos accipe dulce sonantes.
Compactosque tibi, quos circa labra canentis
Illita complexu convolvit cera tenaci.*

G E M M A L X X I I.

Taurus vel vacca umbram quaerens sub arbore.
De tauro & vacca Ovid. fast. 4. v. 717.

*Vacca sit an taurus, non est cognoscere promptum:
Pars prior apparet: posteriora latent.
Seu tamen est taurus, sive est hoc faemina signum;
Junone invitâ minus amoris habet.*

Met. 4. v. 752.

*Dîs tribus ille focos totidem de cespite ponit;
Laevum Mercurio, dextrum tibi, bellica Virgo;
Ara Jovis media est. Mactatur vacca Minervae;
Alipedi vitulus; taurus tibi summe Deorum.*

GEMMA

GEMMA LXXXIII.

Bos pascens. De bove Ovid. Met. 3. v. 10.

*Bos tibi, Phoebus ait, solis occurret in arvis,
Nullum passa jugum, curvique immunis aratri.*

De ejus virtute fast. 4. v. 670.

*Expedit errantem nemori gratissima conjux ;
Et dixit, gravidæ posceris exta Bovis.
Extæ Bovis dantur gravidæ: felicior annus
Provenit, & fructum terra pecusque ferunt.*

GEMMA LXXXIV.

Equus sub arbore stans, arrectoque cervice fremens
vel hinniens, & vacca vitulum lactans. De equo Virg.
Aen. 11. v. 493.

*Tandem liber equus, campoque potitus aperto,
Aut ille in pastus armentaue tendit equarum,
Aut adsuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte
Luxurians: luduntque jubæ per colla, per armos.*

De vacca Theocrit. eidy. 8.

Παντὰ ἔαρ, παντὰ ᾗ νομοί, παντὰ ᾗ γάλακτι
οὐδ' ἀπὸ πλῆθους, καὶ πᾶς ἰὼς τρέφεται,
ἔθ' ἂν καλὰ πᾶσι ἐπιπύσσεται, αἱ δ' ἂν ἀφίερη,
κὼ ποιμὸν ζῆρὸς τῆροθι, καὶ βοτάναι.

K 2

Omnia

*Omnia tunc vernant, tunc omnia pascua florent,
 Omnia plena boves ubera lactis habent,
 Quum virgo huc formosa venit, postquam illa recessit,
 Flaccescunt herbae, pastor, & omne pecus.*

G E M M A L X X V.

Bos sub arbore quiescens, & mugiens. De bove
 Virg. Georg. l. 2. v. 467.

*At securâ quies, & nescia fallere vita,
 Dives opum variarum, at latis otia fundis,
 Speluncae, vivique lacus, at frigida Tempe,
 Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni
 Non absunt. Illic saltus ac lustra ferarum.*

Virg. Aen. l. 8. v. 215.

*Discessu mugire boves, atque omne querelis
 Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
 Reddidit una boum vocem, vastoque sub antro
 Mugit, & Caci spem custodita fefellit.*

Ovid. Met. l. 3. v. 20.

*Bos stetit; &, tollens spatiosam cornibus altis
 Ad coelum frontem, mugitibus impulit auras.*

T A-



TABULA VIGESIMA TERTIA.

DIANA VENATRIX.

Diana Jovis ex Latona filia, in Delo eodem cum Apolline partu edita, ob virginitatis amorem hominum consortia fugiebat, & venando silvas incolebat. De Diana Claudian. l. 2. de raptu fol. 64.

*Brachia nuda nitent : levibus projecerat auris
Indociles errare comas ; arcuque remisso
Otia nervus agit , pendent post terga sagittae,
Crispatur gemino vestis gortynia cinctu
Poplite fusa tenus : motoque in stamine Delos
Errat , & aurato trahitur circumflua ponto.*

Callimach. Hymn. in Dianam v. 80.

Τῷ μάλα θαρσυλίῃ σφι πῶδε προσελίξας τῆμ' ,
Κύκλωπις , ἥ μοί π' Κυδώνιον εἰ δ' ἄγε τόξον ,
Ἡδ' ἰὺς , κέκλω τε κατακλιθεὶς βελέμενον
τ' ὄξαι· ἔ γδ' ἐγὼ Λητωῖας , ὥς περ Ἀπόλλων.
Αἱ δ' εἰ κ' ἐγὼ τόξοις μόνον δάκ' ἢ τι πέλωρον
Θηρίον ἀγρώσω , τὸ δ' εἰ κε Κύκλωπις ἴδωεν.

*Sumtis inde animis sacro sic ore locuta es
Arcum Cyclopes mihi jam properate , Pharetram
Ex humero nobis quae pendeat , atque sagittas.*

K 3

La-

*Latona quoniam sum creta, ut Phoebus Apollo.
Quod si solivagus vel aper mihi, vel fera major
Contigerit; duris cyclopibus esca feretur.*

De his & seqq: vide prolixius observationes illustrissimi
E. Spanhemii.

V. 212.

Αἱ πρῶται θοὰ τόξα καὶ ἄμφ' ὤμοιτι Φαρέτρας
ιοδόκας ἐφόρησαν· αἰύλωτοι δὲ Φιν ὤμοι
Δεξιτεροί, καὶ γυμνὸς ἀπὸ περιφαίνεται μαζός.

*Primae illae celeres arcus, Pharetrasque sagittis
Foetas, aptarunt humeris, dextrumque lacertum
Illaesae semper nuda emicuere papilla.*

Sil. Ital. l. 15. v. 769.

*Ut quum venatu saltus exercet opacos
Dietyнна, & laetae praebet spectacula matri,
Aut Pindi nemora excutiens, aut Maenala lustrans
Omnis Naiadum plenae comitata Pharetris
Turba ruit, striduntque sagittiferi coryti.
Tum per saxa ferae, perque ipsa cubilia fusae,
Per valles, fluviosque atque antra virentia musco,
Multa strage jacent: exsultat vertice montis
Gratam perlustrans oculis Latonia praedam.*

De

De taedis Callymach. Hymn. in Dianam v. 116.

Πῦρ δ' ἔταμες πόκη; ἀπὸ ᾗ φλογὸς ἤψας ποίης;
 Μυτῶ ἐν οὐλύμπῳ; φάει δ' εἰήκας αὐτμῆν
 Ἀσβέστου, τὸ ῥα πατρὸς ἀποσάξσι κεραυνοί.
 Προσάκι δ' ἀργυρέοιο θεῇ πειρήσας τόξῃ;
 Πρῶτον ἐπὶ πειλέῳ, τὸ ᾗ δεύτερον ἦκας ἐπὶ δρυῖν,
 Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ θήρῃ· τὸ τέταρτον ἕλκ' ἐπὶ δρυῖν.

*Unde tibi Tedae? quae flamma accendit? Olympus
 Mysus ligna dedit; quæis perpetuum injicis ignem,
 Emicat excelsi qualis de fulmine patris.*

*At quoties arcus factum est tibi, diva, periculum?
 Prima sagitta ulmum, quercum altera, tertia agrestem
 Certa feram feriit, quartam non arbore figis.*

GEMMA LXXXVI.

Latona rusticos in ranas mutans. De Latona Ovid.
 Meta. l. 6. v. 368.

*Tollensque ad sidera palmas,
 Aeternum stagno, dixit, vivatis in isto.
 Eveniunt optata Deae. Fervat isse sub undas;
 Et modo tota cava submergere membra palude:
 Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.
 Vox quoque jam rauca est; inflataque colla tumescunt.
 Ipsaque dilatant patulos convicia rictus.
 Terga caput tangunt; colla intercepta videntur:*

Spina

Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limosoque novae saliunt in gurgite ranae.

G E M M A L X X X V I I .

Eques decurrens leoni accurrenti hastâ minitans.
 Virg. Aen. l. 4. v. 15.

At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: jamque hos cursu, jam praeterit illos,
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

Claudian. l. 1. de laude Stiliconis.

Quis Stilicone prior ferro penetrare leones
Cominus, aut longe virga transfigere tigres.

G E M M A L X X X V I I I .

Dianae Ephefinae multimammiae Statua. De ejus templo vide Pausaniam pag. 275. & 399. ubi ab Amazonibus, bellum Theseo Atheniensium duci inferentibus, conditum dicit.

De ejus simulachro Callimach. Hymn. in Dian. v. 238.

Εν κοτῇ περὶ ἀλὴν Εφῆσαι βρέτας ἰδρύσαστο,
 φηγῶν ὑπὸ πέμνῳ· τέλεισι δὲ τοι ἱερὸν ἱππῶ.
 Αὐταὶ δ', οὐπι ἄνασσα πᾶσι, πρύλιν ὠρχήσαιο.

Quin

*Quin simulachrum Ephesina etiam tibi Amazones
Bellaces posuere, altam qua projicit umbram
Fagus; divinos Hippo persolvit honores.*

G E M M A L X X X I X.

ΙΠΠΟΛΥΤ. ΑΓΝΟΣ. ΘΗΡΕΥ. Hippolytus castus venator, qui cum coelibem ducens vitam constanti animo sperneret mulieres, a Phaedra noverca, absente patre, amatus est. Cujus turpi desiderio obtemperare noluit. De eo Ovid. epistola Phaedrae Hippolyto v. 85.

*Tu modo duritiem silvis deponè jugosis :
Non sum materia digna perire tua.
Quid juvat incinctae studia exercere Dianae,
Et Veneri numeros eripuisse suos ?
Quod caret alterna requie, durabile non est.
Haec reparat vires, fessaque membra novat
Arcus, (& arma tuae tibi sunt imitanda Dianae,)
Si nunquam cesses tendere, mollis erit.*

Virg. Aen. 7. v. 774.

*At Trivia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphae Egeriae nemorique relegat :
Solut ubi in silvis Italidis ignobilis aevum
Exigeret, versoque ubi nomine Virbius esset.*

L

TABU-

TABULA VIGESIMA QUARTA.
DIANA EPHESINA.

AB urbe cognominata , cujus templum struxerunt Croesus homo indigena & Ephesus , quem Caystri fluminis fuisse censent , & ab Epheso quidem ipsa urbs etiam nomen accepit. Teste Pausania l. 7. pag. 399. Prudent. contra Symmachum l. 11. v. 494.

Venatrix Ephesum virgo , *mars deditit hebrum.*

Callimach. Hymn. in Dianam v. 249.

Κἄνο δέ τι μῆλ' ἔπειτα περὶ βρέτας ἐνὺ θέμεθλον
Δωμήθη· τῶν δ' ἔτι θιάττερον ὄψομαι ἡὲς,
οὐδ' ἀφροότερον· ρία κεν Πυθῶνα παρέλθοι.


*Hoc ipsum simulachrum augusto , Delia , templo
Cura hominum sepsit ; quo nil divinius Eos
Splendidiusve videt ; Pythone opulentiùs ipso.*

v. 258.

— — Εφίσε γὰρ ἀνὰ τὰ τέξα περικαται.

Namque Ephesum semper tua , Delia , tela tuentur.

GEMMA



G E M M A X C.

Aratrum & juxta illud palma orbi imposita , cum inscriptione QVINTIVS. DICTator HONoratus VICtor.
De Quintio dictatore Lucan. l. 10. v. 151.

*Pone duces Priscos , & nomina pauperis aevi
Fabricios , Curiosque graves : hic ille recumbat
Sordidus Hetruscis abductus consul aratris,
Optabit Patriae talem duxisse triumphum.*

Perf. sat. 1. v. 73.

*Unde Remus , sulcoque terens dentalia Quinti
Quem trepida ante boves Dictatorem induit uxor :
Et tua aratra domum lictor tulit.*

G E M M A X C I.

Lyra Apollinis , cum inscriptione CAESAR DIVI FILIVS. Forte in memoriam victoriae Augusti , postquam navali praelio Antonium & Cleopatram devicisset. Propert. nobilis Brouchufii l. 4. eleg. 6. v. 67.

*Actius hinc traxit Phoebus monumenta , quod ejus
Una decem vicit missa sagitta rates.*

*Bella satis cecini : citharam jam poscit Apollo
Victor , & ad placidos exiit arma choros.*

L 2

Horat.

Horat. l. 4. carm. ode 15. Augusti laudes.

Phoebus *volentem praelia me loqui,*
 Victas & urbeis, increpuit Lyra:
Ne parva Tyrrhenum per aequor
Vela darem. tua, Caesar, aetas
Fruges & agris rettulit uberes,
 Et signa nostro restituit Jovi
Direpta Parthorum superbis
Postibus. Et vacuum duellis
Janum Quirini clausit. &c.

De Lyra proluxius in Aeliano Cl. viri Jac. Perizonii
 pag. 259.

G E M M A X C I I.

Caduceus & Cornucopiae, cum inscriptione SEN.
 POP. QVE. ROMA. Id est Pax & Abundantia per
 Senatum Romanum partae. Stat. l. 1. Silv. 1. v. 99.

Utere perpetuum populi magnique Senatus
Munere.

De cornucopiae Horat. carm. saeculare pro imperii
 Romani incolumitate v. 57.

Fam fides, & Pax, & honor, pudorque

Priscus,



*Priscus, & neglecta redire virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.*

GEMMA XCIII.

Ara & Caduceus, cum inscriptione. CONcordia
FAVstinae FILiae, & Marci AVRelii atque LVCii
VERI, PAX. De Pace & Concordia Juven. Sat. i. v. 115.

*Nullas nummorum ereximus aras.
Ut colitur Pax, atque fides, Victoria, virtus,
Quaeque salutato crepitat Concordia nido.*

Virg. Aen. l. 3. v. 542.

*Et fraena jugo concordia ferre,
Spes est pacis, ait. Tum numina sancta precamur
Palladis armisonae, quae prima accepit ovantis.*

TABULA VIGESIMA QUINTA.

DIANA TRIVIA.

Diana Trivia sic dicta, quod triviis praeesset. Unde
& tres facies habere fictum est.

Ovid. fast. i. v. 141. ●

*Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Servet ut in ternas compita secta vias.*

Horat. carm. l. 3. od. 22.

*Montium custos, nemorumque Virgo
Quae laborantes utero puellas
Ter vocata audis, adimisque Letho
Diva triformis.*

Senec. tragic. in Hyppolito.

*O magna silvas inter, & lucos Dea.
Clarumque Coeli sidus, & noctis decus,
Cujus relucet mundus alterna face,
Hecate triformis, en ades, coeptis fauens.*

G E M M A X C I V.

Fulmen cum inscriptione ROM. VIC. FEL. SVL.
Forſan Romana Victoria Felicis Sullae. De quo dictato-
re, Patinus ad Gentem Corneliam fol. 90. & Lucan. l. 2.
v. 221.

*His ne ſalus rerum, Felix his Sylla vocari,
His meruit tumulum medio ſibi tollere campo?*

v. 228.

*Nec plus victoria Syllae
Praeſtitit, inviſas penitus quam tollere partes.*

Æ. DEA

R. DEA BELLONA. De ea Ovid. Fast. 6. v. 201.

*Hac sacrata die Tusco Bellona duëllo
Dicitur : & Latio prospera semper adest.*

Horat. Sat. 1. 2. Sat. 3. v. 222.

*Quem cepit vitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.*

Virg. Aen. 8. v. 703.

Quam cum fanguineo sequitur Bellona flagello.

Sil. Italic. 1. 5. v. 221.

*Ipsa facem quatiens , ac flavam sanguine multo
Sparsa comam , medias acies Bellona pererrat.*

Stat. Thebaid. 2. v. 718.

*Nec magis ardentes Mavors , hastataque pugnae
Impulerit Bellona tubas : huic annue sacro.*

G E M M A X C V.

Luna crescens, sole & septem stellis circumdata. Vide
similem Macarii Abraxan , tab. 20.

Horat. epod. 15. v. 1.

Nox

*Nox erat , & coelo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera ,
Quum tu magnorum numen laesura Deorum
In verba jurabas mea.*

Lucan. l. 5. v. 424.

*Sidera prima poli Phoebos labente sub undas
Exierant , & Luna suas jam fecerat umbras.*

Propert. l. 3. eleg. 14. v. 15.


*Luna ministrat equis : demonstrant astra salebras :
Ipse amor accensas praecutit ante faces.*

Manil. astr. pag. 61. v. 6.

*Fata quoque & vitas hominum suspendit ab astris,
Quae summas operum parteis , quae lucis honorem,
Quae famam assererent , quae nunquam fessa volarent :
Quae quasi per mediam mundi praecordia partem
Disposita obtineant Phoebum , Lunamque , vagasque
Evincant stellas , nec non vincantur & ipsa.*

G E M M A X C V I.

Artemisia filia Hecatomni uxor & soror Mausoli ur-
nam mariti tenens , adstante face ardente , virum ultra
humanae affectionis fidem amavit , nam mortui cineres
vino



vino commisto ebibit & in memoriam ejus tam splendidum sepulchrum Mausoleum erexit. Teste Gellio l. 10. c. 18. De rogo, cinere & face Lucan. l. 6. v. 533.

*Fumantes juvenum cineres, ardentiaque ossa
E mediis rapit illa rogis, ipsamque, parentes
Quam tenuere, facem: nigroque volantia fumo
Feralis fragmenta, tori, vestesque fluentes
Colligit in cineres & olentes membra favillas.*

De Mausoleo Martial. epigr. 1.

*Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.*

Propert. l. 3. eleg. 1. v. 57.

*Nam neque Pyramidum sumtus ad sidera ducti,
Nec Jovis Elaei coelum imitata domus;
Nec Mausolei dives fortuna sepulcri
Mortis ab extrema conditione vacant.*

TABULA VIGESIMA SEXTA.

CERES DEA FRUGUM.

Ceres Saturni & Opis filia, frugum & cultus terrae inventrix. Teste Virgilio Georg. 1. v. 147.

M

Prima

*Prima Ceres ferro mortalis vertere terram
Instituit : cum jam glandes atque arbuta sacrae
Deficerent silvae , & victum Dodona negaret.*

Callimach. Hymn. in Cererem v. 120.

Δάματ' ἐμὴν χάρις, πολύτροφε, πολυμήδιμη.
Χ' ὥς αἱ τ' ἀλάστον λευκότερας ἵπποι ἄγοντι
Τίσσασιν· ὥς ἀμὴν μεγάλα θεὸς εὐρύανασα,
Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θύετ' ἢ χεῖμα φέροισα
ἤξει καὶ φθινόπωρον, ἔτ' δ' εἰς ἄλλο φυλαξή.

*Salvete Alma Ceres , salve Dea frugis abundans ;
Utque istum niveae calathum vexere quadrigae,
Sic pulchrum Dea Ver nobis , messetque reducet,
Autumnusque, hyememque, alium & servabis in annum.*

Ovid. fast. 4. v. 411.

*Farra Deae , micaeque licet salientis honorem
Detis , & in veteres thurea grana focos.
Et , si thura aberunt , unctas accendite taedas.
Parva bonae Cereri , sint modo casta placent.*

Tibull. l. 2. eleg. 1. v. 3.

*Bacche veni , dulcisque tuis e cornibus uva
Pendeat , & spicis tempora cinge Ceres
Luce sacra requiescat humus , requiescat arator,
Et graue suspensio vomere cesset opus.*

GEM-

G E M M A X C V I I.

Spicae tres tabulato insistentes , cum inscriptione
 CONC. HON. CERE. E. A. ET. EM. Forſan
 CONCordia HONorario CEReris Et Aeſtimati ET.
 EMpti. de honorario, aeſtimato & empto. Sigonius de
 antiquo Jure provinciarum l. i. c. i.

De farris Ovid. faſt. 2. v. 519.

*Farra tamen veteres jaciebant, farra metebant:
 Primitias Cereri farra reſecta dabant.*

De granis faſt. i. v. 685.

*Vos quoque ſubjectis, formicae, parcite granis:
 Poſt meſſem praedae copia major erit.*

G E M M A X C V I I I.

Spicae tres erectae, inter aras ardentes geminas, cum
 inſcriptione SALus AVGuſti. De aris Virg. Georg. 4.
 v. 549.

Ad delubra venit, monſtratas excitat aras.

M 2

Ovid.

Ovid. Met. 15. v. 733.

*Thura super ripas , aris ex ordine factis ,
Parte ab utrâque sonant : Et odorant aëra fumis .*

Virg. Aen. 8. v. 714.

*At Caesar , triplici inuectus Romana triumpho
Moenia , dîs Italis votum immortale sacrat
Maxima tercentum totam delubra per urbem .
Laetitia ludisque viae plausuque fremebant :
Omnibus in templis matrum chorus , omnibus arae :
Ante aras terram caesi stravere iuvenci .*

Ovid. epist. ex Ponto l. 1. epist. 2. v. 149.

*Confugit haec ad vos : vestras amplectitur aras .
Fure venit cultos ad sibi quisque Deos .*

G E M M A X C I X .

Solis astrum Rosae imminens , cum inscriptione
Q. POMPONI. MVSA. De eo vide Patini familias
ingente Pomponia. De sole vel Phoebos roseo

Virg. Aen. 11. v. 913.

*Ni roseus fessos jam gurgite Phoebus hiberō
Tinguat equos , noctemque die labente reducat .*

Virg.

Virg. Georg. l. 1. v. 438.

*Sol quoque ☿ exoriens , ☿ cum se condit in undas,
Signa dabit. Solem certissima signa sequuntur,
Et quae mane refert , ☿ quae surgentibus astris.*

De rosa Ovid. 4. v. 441.

Plurima lecta rosa est ; ☿ sunt sine nomine flores.

Fast. 5. v. 194.

Dum loquitur vernas efflat ab ore rosas.

Rosa flos veneris. Vide doctissimum Nicol. Llodium
in Harpocrate.

*Est Rosa flos Veneris , cujus quo furta laterent
Harpocrati matris dona dicavit Amor.
Inde rosam mensis hospes suspendit amicis,
Convivae ut sub eâ dicta tacenda sciant.*

Martial. l. 10. epigr. 19. v. 19.

*Haec hora est tua , dum furit Lyaeus,
Cum regnat Rosa , cum madent capilli.*

Anacreon de rosa Musis grata, carmin. 53.

Στεφανηφόρον μετ' ἥθε
 μέλομαι ῥόδον θεινόν.
 • Συνεταιρῶ αὖξαι μέλπειν.
 Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα,
 Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάριμα,
 Χάριτιν τ' ἀγαλμ' ἐν ὥραις
 Πολυανθίων ἐρώτων
 Δφροδίσιόν τ' ἄθυρμα.
 Τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
 Χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν.

*Cum vere patre florum
 Socianda laus rosarum.
 Rosa, flos odorque Divum:
 Hominum Rosa est voluptas.
 Decus illa gratiarum
 Florente amoris hora.
 Rosa suaviorum Diones,
 Rosa opus laborque vatium,
 Et amica planta Musis.*

G E M M A C.

Spicae tres erectae modio insistentes cum inscriptione FELicitas PVBlica OTHOnis. Forte in memoriam abundantiae farris, tempore Othonis.

De spicis farreis Ovid. Fast. i. v. 693.

Triti-



Triticeos foetus , *passuraque farra bis ignem,*
Hordeaque ingenti fœnore reddat ager.

TABULA VIGESIMA SEPTIMA.

M A R S.

MArs Jovis & Junonis filius , vel ut Ovidius fabulatur , solius Junonis. Juno olim turbata , quod animadvertisset Jovem maritum percusso capite sine muliere procreasse Minervam , versus Oceanum profecta est , ut scrutaretur quo pacto & ipsa sine viro parere posset ; cui Flora Dea , si id Jovem celaret , dixit in campis Oleniis florem esse , quo tacto statim conciperet sine viro. Id experta Juno concepit & Martem peperit , qui & Deus Belli praeſes fuit.

Ovid. fast. 5. v. 231.

*Sancta Jovem Juno , natâ sine matre Minervâ ,
 Officio doluit non eguisse suo.*

Ibat , ut Oceano quereretur furta mariti :

Ira Jovis magni caussa timoris erat.

Fer , precor , auxilium , dixit ; celabitur auctor :

Et Stygiae numen testificatur aquae.

Quod petis , Oleniis , inquam , mihi missus ab arvis ,

Flos dabit. Est hortis unicus ille meis.

Protinus haerentem decerpſi polluce florem.

Tangi-

*Tangitur ; & tacto concipit illa sinu.
Jamque gravis Thracen , & laeva Propontidis intrat :
Fitque potens voti ; Marsque creatus erat.*

Fast. 3. v. 85.

Mars *Latio venerandus erat , quia praesidet armis.*

Fast. 5. v. 575.

Mars , *ades ; & satia scelerato sanguine ferrum :
Stetque favor caussa pro meliore tuis.*

G E M M A C I.

Galeatus columnae insidens , & adstantem telum tenentem alloquens ; Forsan Eurytion & Pandarus Lycaonis filii. De iis Virg. Aen. 5 v. 495.

*Tertius Eurytion , tuus , o clarissime , frater ,
Pandare : qui quondam , jussus confundere foedus ;
In medios telum torsesti primus Achivos.*

Aen. 9. v. 572.

Hic jaculo bonus , hic longe fallente sagitta.

Ovid. fast. 3. v. 103.

*Qui bene pugnarat , Romanam noverat artem :
Mittere qui poterat Pila , disertus erat.*

G E M-

G E M M A C I I.

Hausta inter arcum & clypeum, superposito signo
Martis, cum inscriptione VICTOR DIVS MARTI
VLTORI. De Martis ultore Ovid. fast. 5. 549.

*Fallor ? an arma sonant ? non fallimur : arma sonabant,
Mars venit ; & veniens bellica signa dedit.
Ultor ad ipse suos coelo descendit honores,
Templaque in Augusto conspicienda Foro.
Et Deus est ingens , & opus. debebat in Urbe
Non aliter nati Mars habitare sui.
Digna Giganteis haec sunt delubra tropaeis:
Hinc fera Gradivum bella movere decet.*

G E M M A C I I I.

Mars forsan , armis insidens & Venus stans. De iis
Ovid. Amor. l. 1. eleg. 9. v. 29.

*Mars dubius , nec certa Venus ; victique resurgunt :
Quosque neget unquam posse jacere , cadunt.*

Fast. 5. v. 559.

*Prospicit armipotens operis fastigia summi:
Et probat invictos summa tenere Deos.*

N

GEM-

G E M M A C I V.

Fortuna virilis galeata, dextra palmam, sinistra te-
monem tenens. De fortuna virili Ovid. fastor. 4. v. 149.

*Ut tegat hoc, celetque viros, Fortuna virilis
Praestat: & hoc parvo thure rogata facit.*

T A B U L A V I G E S I M A O C T A V A.

P A L L A S.

Pallas, Sapientiae Dea, alio nomine Minerva, ex
Jovis cerebro sine matre prognata, liberalibus arti-
bus & honestis disciplinis praeses; Gorgona & Aegida
ei attribuerunt antiqui Virg. Aen. 8. v. 435.

*Aegidaque horrifera turbatae Palladis arma
Certatim squamis serpentum auroque polibant,
Connexosque anguis, ipsamque in pectore divae
Gorgona defecto vertentem lumina collo.*

De natali Palladis Ovid. fast. 3. v. 837.

*Parva licet videas Capita delubra Minervae,
Quae Dea natali coepit habere suo.
Nominis in dubio causa est capitale vocamus*

Inge-



Ingenium *solers* : Ingeniosa Dea est.
An, qua de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clypeo profuuisse suo.

GEMMA CV.

Mutius Scaevola coram Porfenna manum suam flammis consumit, & ab victoria coronatur. Vide Cl. I. Gronovium in thesaur. antiq. græc. tom. 2. 53. & Martial. l. 1. epigr. 22.

Dum peteret regem decepta satellite dextra,
Injecit sacris se peritura focis.
Sed tam saeva pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis jussit abire virum.
Urere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porfenna non potuit.
Major deceptae fama est, & gloria Dextrae,
Si non errasset, fecerat ille minus.

GEMMA CVI.

Victoria tropaeum fabricans. De tropaeo Juvenal. Sat. 10. v. 133.

Bellorum exuviae, truncis affixa tropaeis
Lorica, & fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victaeque triremis

N 2

Aplustre,

*Aplustre, & summo tristis captivus in arcu,
Humanis majora bonis creduntur.*

Virg. Aen. 11. v. 5.

*Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Merenti ducis exuvias; tibi, magne, tropaeum,
Bellipotens: aptat rorantis sanguine cristas,
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitem
Perfossamque locis: clypeumque ex aere sinistrae
Subligat, atque enssem collo suspendit eburnum.*

v. 224.

Multa virum meritis sustentat fama tropaeis.

G E M M A C V I I.

Pallas galeata stans, dextra victoriolam, sinistra hastam & clypeum tenens. Vide fere similem nummum Corinthiorum in Coloniis peritissimi antiquarii Jo. Foy. Vailantii. tom. 2. pag. 10. De ea Ovid. Met. l. 6. v. 78.

*At sibi dat clypeum, dat acutae cuspidis hastam:
Dat galeam capiti: defenditur Aegide pectus.*

Sil. Ital. l. 9. v. 442.

*Ater qua pectore flectit
Pallas, Gorgoneo late micat ignis ab ore
Sibilaque horrificis torquet serpentibus Aegis.*

G E M -

G E M M A C V I I I .

Stolata stans, dextra corollam supra facem ardentem
tenens, sinistra oleam & facem vel ensen in vagina po-
situm, forsan haec Cassandra Priami & Hecubae filia,
quae cum Apolline concubuit & vaticinandi peritiam
sibi dare postulavit, quam cum concessisset Deus, tamen
effecit, ut vaticiniis ejus fides nulla habita sit.

De ea Virg. Aen. 2. v. 246.

*Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora Dei jussu, non unquam credita Teucris.*

Aen. 5. v. 636.

*Nam mihi Cassandrae per somnum vatis imago
Ardentis dare visa faces: hic quaerite Trojam,
Hic domus est, inquit, vobis: jam tempus agi res:
Nec tantis mora prodigiis. En quatuor arae
Neptuno. Deus ipse faces animumque ministrat.*

Phaed: ex editione Hoogstratana pag 71.

*Hippolytus obiit, quia novercae creditum est;
Cassandrae quia non creditum, ruit Ilium.*

TABULA VIGESIMA NONA.

M E R C U R I U S.

Mercurius Jovis, & Majae filius, mercatorum, furum, eloquentiae & Palaestrae Deus, Deorumque nuntius. De eo Prudent. contra Sym. l. i. v. 86.

Expertus furandi homines hac imbuit arte
Mercurius Maja genitus.

Horat. carm. l. i. ode 10.

Mercuri facunde, *nepos Atlantis,*
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus, & decorae
• More palaestrae:
Te canam magni Jovis, & Deorum
Nuntium.

G E M M A C I X.

Mercurius nubibus insidens, dextra caduceum tenens, forsan per Jovem missus ad Didonem. De eo Virg. Aen. i. v. 297.

Haec ait: & Maja genitum demittit ab alto;
Ut terrae, utque novae pateant Carthaginis arces
Hof-



*Hospitio Teucris : ne fati nescia Dido
Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum
Remigio alarum : ac Libyae citus adstitit oris.*

Sil. Ital. l. 3. v. 168.

*Jamque per humentem noctis Cyllenius umbram
Aligero lapsu portabat iussa parentis.*

GEMMA CX.

Gallus & pullus gallinaceus, vel quicquid gallo simile.
De augurio Gallorum vel avium Ovid. fast. 4. v. 813.

*Nil opus est, dixit, certamine, Romulus, ullo.
Magna fides avium est : experiamur aves.*

Virg. Aen. 3. v. 89.

Da, Pater, augurium ; atque animis illabere nostris.

De Gallo vel Capone Martial. l. 13. epigr. 63.
*Ne nimis exhausto macresceret inguine Gallus,
Amisit testes : nunc mihi gallus erit.*

GEMMA CXI.

Mercurius stans, talaribus ornatus, sinistra caduceum,
dextra marsupium tenens, cujus ad pedes gallus. De
talaribus Virg. Aen. 4. v. 237.

Hic

Hic nostri nuntius esto.

*Dixerat. Ille patris magni parere parabat
Imperio : Et primum pedibus talaria neſcit
Aurea : quae ſublimem alis , ſive aequora ſupra,
Seu terram , rapido pariter cum ſlamine portant.*

G E M M A C X I I .


Mercurius ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra caduceum tenens. De caduceo vel virga Virg. Aen. 4. v. 242.

*Tum virgam capit. Hac animas ille evocat orco
Pallentis , alias ſub triſtia Tartara mittit.
Dat ſomnos adimitque , Et lumina morte reſignat.
Illa fretus agit ventos , Et turbida tranat
Nubila : jamque volans apicem , Et latera ardua cernit
Atlantis duri , coelum qui vertice fulcit.*

T A B U L A T R I G E S I M A .

M E R C U R I U S P A C I F E R .

HInc caduceatores dicti legati , qui de pace mittuntur. In numismatibus caduceus pro ſymbolo pacis ſumtus , quia Mercurius ab Apolline virgulam quondam muneri accepit: quam manu tenens, Mercurius in Arcadiam proficiſcens, videnſque duos dracones



nes inter se conjuncto corpore alium appetere, quasi dimicarent inter se, virgulam inter utrumque subjecit, itaque discesserunt. De virga Martial. l. 7. epigr. 74.

Cyllenes, *coelique decus*, facunde minister,
Aurea cui torto Virga dracone viret:
Sic tibi lascivi non desit copia furti;
Sive cupis Paphien, seu Ganimede cales.

GEMMA CXIII.

Atys laureatus & Phrygia tiara ornatus, ab Cybele casto amore adamatus, ejusdem sacris ea lege praefectus, ut perpetuo castitatem conservaret, sed quum postea, Sangaritidem nympham compressisset, ab irata Dea in furorem actus, testes sibi exsecuit, quumque etiam manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinum arborem mutatus est. Vide celeberr. J. Gronovii antiquit. tom. 1. litera S.

Catull. 64. de Aty.

Super alta vectus Atys celeri rate maria,
Phrygium nemus citato cupide pede tetigit.
Adiitque opaca silvis redimita loca Deae.
Stimulatus ubi furenti rabie, vagus animi,
Devolvit ille acuto sibi pondera filice.
Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro,
Etiam recente terrae sola sanguine maculans,

O

Niveis

*Niveis citata cepit manibus leve typanum,
 Typanum tubam, Cybebe, tua mater initia:
 Quatiensque terga tauri teneris carva digitis,
 Canere haec suis adorta est tremebunda comitibus. & seqq.*

Ovid. Met. 10. v. 103.

*Et succincta comas hirsutaque vertice pinus;
 Grata Deûm matri. Siquidem Cybeleius Attis
 Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.*

G E M M A C X I V.

Mercurius stans, dextra Marsupium tenens & sinistra caduceum. De Mercurio Ovid. fast. 5. v. 689.

*Da modo lucra mihi, da facta gaudia lucro;
 Et face ut emtori verba dedisse iurvet.
 Talia Mercurius poscentem ridet ab alto;
 Se memor Ortygias surripuisse boves.*

G E M M A C X V.

IAW. Figura, cui caput Galli gallinacei, pedes serpentis, reliquum corpus homo armatus, sinistra tenens clypeum, & dextra scuticam, positus hinc inde astris. Habes similem Macarii Abraxan. Tab: 2. 3. 4. 15. & 23.

De IAW vide Macrobius l. I. c. 18. & Chiffletium in gemmis

mis abraxeis pag. 59. consultus Apollo Clarius, quis deorum habendus esset, qui vocatur ΙΑΩ, ita effatus est.

φράζω τ' πάντων ὑπατον θιον ἔμμεν ἰάω,
Χείματι μὲν τ' Αἰδην, Δία δ' ἔιαρ ἀρχομένοιο,
Ἥλιον δὲ θίγεις, μετεπύρε δ' ἀδρὸν ἰάω.

*Dic omnium supremum Deum esse ΙΑΟ:
Hieme quidem Plutonem, at Jovem vere incipiente,
Et solem aestate, autumno autem mollem aut festivum ΙΑΟ.*

In parte averfa CABAW. ABΛANAΘANΛABA. ABPACAΞ.

ABPACAΞ. Est Sol, sive Mithra, sive Basilidis abraxas, repraesentatus per gallum, flagellum tenens.

Verbum ABPACAΞ, (huic gemmae insculptum) Gotofredus Wendelinus Canonicus Tornacensis in epistola ad Chifletium sic interpretatus est. Vide Chifletium in gemmis abraxeis pag. 64. & L. Begeri Thesaurum Brandeburgicum pag. 86.

A	Αβ	—	כ	κ	—	Pater	—	—	1
B	Βω	—	י	ב	—	Filius	—	—	2
P	Πουαχ	—	π	ו	ך	Spiritus	—	—	100
A	Ακαδὼς	—	ש	ך	ה	Sanctus	—	—	1
C	Σωτηρία	—	—	—	—	Salvatio	—	—	200
A	Απὸ	—	—	—	—	a Beneficio	—	—	1
Ξ	ξύλου	—	—	—	—	Ligni	—	—	60

365

ΑΒΡΑΧΑΞ idem est, quod ΜΕΙΘΡΑΣ, hoc est, sol, qui annuo cursu hoc spatium, 365 dierum, conficit, & ΜΕΙΘΡΑΣ etiam literis eundem numerum dierum continet, quos annus habet absolutus, teste Chiflet. pag. 66. & Tertullian. præscript. haereticor. cap. 46.

T A B U L A T R I G E S I M A P R I M A . H E R M A N U B I S .

Hermanubis Aegyptiacus Canis, sub cujus forma colebatur Mercurius, teste Servio. De Anubide Virg. Aen. 8. v. 697.

*Nec dum etiam geminos, a tergo respicit anguis.
Omnigenumque Deum monstra & latrator Anubis.*


Juvenal. Sat. 15. v. 7.

*Illic coeruleos, heic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Diaram.*

G E M M A C X V I .

Hermanubis crocodylo insitens, inter scorpiones, serpentes & corvos, dextra Tauticam Crucem anstatam, sinistra baculum tenens, cum inscriptione ΙΑΩ & circumscriptioe ΟΤΡΙΗΛ. ΣΟΤΡΙΗΛ. ΓΑΒΡΙΗΛ. ΜΙΧΑΗΛ. quae sunt angelorum nomina.

De



De Anubide Ovid. amor. l. 2. eleg. 13.

*Isi Paraetonium, genialiaque arva Canopi
Quae colis, & Memphin, palmiferamque Pharon,
Quaque celer Nilus lato delapsus ab alveo
Per septem portus in maris exit aquas;
Per tua sinistra precor, per Anubidis ora verendi:
Sic tua sacra pius semper Osiris amet.
Pigraque labatur circa donaria serpens.
Et comes in pompa corniger Apis eat.*

In parte averfa X V Δ Λ T H.

De tautica cruce ansata, vide Obelisci Kircheri interpretationem pag. 41.

G E M M A C X V I.

Aquila Arietem rapiens. De raptura Aquilae Virg. Aen. 9. v. 563.

*Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnum
Sustulit alta petens pedibus Jovis armiger uncis:
Quaesitum aut matri multis balatibus agnum.*

G E M M A C X V I I I.

Vultur leporem, trunco arboris impositum, rostro & unguibus lanians, adfiliante cane. De vulture & cane Ovid. in Ibin. v. 169.

O 3

Un-

Unguibus & rostro *tardus trahit* ilia Vultur;
Et scindunt avidae perfida corda canes.

TABULA TRIGESIMA SECUNDA. CANOPUS.

Agyptiorum Deus. Dicunt Chaldaeos olim, ignem Deum suum, circumtulisse, ut cum omnibus provinciarum Diis compararetur, quis eorum esset maximus; ac cum omnium nationum Dii, qui erant ex aere, argento, ligno & lapide, facile igne consumerentur; Canopi sacerdos Hydriam minutis foraminibus interpunctam fabricavit, & aqua repletam, variisque coloribus depictam, foraminibus cera obturatis, Deo Igni imposuit, & Hydria per foramina destillante aqua, ignem extinxit, unde Canopus postea pro Deo cultus est, teste Suida. De Canopo Juvenal. Sat. 15. v. 44.


Horrida sane


*Aegyptus: sed luxuria, quantum ipse notavi
 Barbara famoso non cedit turba Canopo.*

Prudent. peri Stephan. hymn. 10.

*Hostu Nile Deos colis & tu Tybris adoras:
 Deos latinos, & Deos Aegyptios,
 Quois Roma litat, Quois Canopus supplicat.*

GEM.





GEMMA CXIX.

Palma intra coronam lauream, cum inscriptione
IMPeratori ALEXandro Pio AVGuſto HONor AEter-
nus. & infra MEMoria VICtoriae PARthicae.

De palma & corona Virg. Aen. 5. v. 109.

*Munera principio ante oculos circoque locantur
In medio sacri tripodes, viridesque Coronae,
Et Palma, pretium victoribus, armaque, & ostro
Perfusae vestes, argenti aurique talentum.*

Martial. l. 8. epigr. 82. v. 7.

*Non quercus te sola decet, nec laurea Phoebi:
Fiat & ex edera civica nostra tibi.*

GEMMA CXX

Balista inter duas spicas, cui urna imposita, cum in-
scriptione CON. AVG. HAD. FI. SA. ME. ATTI.
PLO. forsan. CONsecravit AVGuſtus HADrianus
Fidelitati SABinae, MEMor ATTiani & PLOtinae, quo-
rum auxilio ad imperium evectus erat. Teste Dione. l. 69.

De fide & fidelitate Virg. Aen. 5. v. 799.

*Tum Saturnius haec domitor maris edidit alti:
Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
Unde genus ducis: merui quoque.*

GEM-

G E M M A C X X I.

Vipera gladio implicita supra aram, cum inscriptione CLEOPATRAE FINIS. OLINP. Forfan Olimpiadis Philippi uxoris jussu. Cleopatra haec neptis Attali, quam, repudiata Olimpiade, in uxorem duxisset Philippus, nisi Pausanias, hortante Olimpiade, eum non interfecisset; quo sublato, Cleopatram suspendio vitam finire coëgit. Olimpias. Et postea gladium, quo Philippus percussus erat, Apollini sub nomine Myrtalis consecravit. Teste Justino l. 9. c. 6. & 7. De ferro & veneno Ovid. epist. 2. ex Ponto l. 1. v. 17.

*Qui mortis saevo geminent ut vulnere causas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.*


G E M M A C X X I I.

Lyra arae imposita inter tres stellas, cum inscriptione Q. POMPONI MUSA. De quo Patinus ad Gentem Pomponiam fol. 223.

De Lyra Manil. astr. pag. 11. v. 5.

*At Lyra diductis per coelum cornibus inter
Sidera conspicitur, qua quondam caeperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, manesque per ipsos
Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.*

Virg.



Virg. Aen. 9. v. 775.

*Crethea Musarum comitem , cui carmina semper
Et Citharae cordi , numerosque intendere nervis :
Semper equos , atque arma virum , pugnasque canebat.*

Horat. de arte poët. v. 405.

*Ludusque repertus ,
Et longorum operum finis : ne forte pudori
Sit tibi Musa Lyrae sollers , & cantor Apollo.*

TABULA TRIGESIMA TERTIA.

HARPOCRATES.

Harpocrates Silentii Deus , ejus simulachrum in Ifidis & Serapidis sacris erat , quod digito labiis impresso , silentium admonebat. Teste Ovidio Met. 9. v. 689.

*Cum qua latrator Anubis
Sanctaque Bubastis , variusque coloribus Apis :
Quique premit vocem , digitoque silentia suadet ;
Sistraque erant , nunquamque satis quaesitus Osiris.
Plenaque somniferi serpens peregrina veneni.*

Catull. epigr. 75.

*Gellius audierat , patrum objurgare solere,
Si quis delicias diceret aut faceret.*

P

Hoc

*Hoc ne ipse accideret, patrum perdepserat ipsam
Uxorem, & patrum reddidit Harpocratem.*

G E M M A C X X I I I.

Lituus & malleus pugionis manubrio impositi, cum inscriptione. FINivit MARIUS IMPerare XXX. De Mario Lucan. l. 2. v. 98.

*Prò Fata! quis ille,
Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor
Corripuit? quantoque gradu mors saeva cucurrit?
Nobilitas cum plebe perit: lateque vagatur
Ensis: & a nullo revocatum est pectore ferrum.
Stat cruor in templis: multaque rubentia caede
Lubrica saxa madent. Nulli sua profuit aetas.
Non senis extremum piguit vergentibus annis
Praecipitasse diem: nec primo in limine vitae
Infantis miseri nascentia rumpere fata.*

G E M M A C X X I V.

Stolata filum tenens & stans inter duas sedentes, forsan haec tres sorores Parcae, Clotho, Lachesis & Atropos. De iis Martial. l. 4. epigr. 54.

*Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit: observant, quem statuere diem.
Divitior Crispo, Thrascèa constantior ipso,
Lautior & nitido sis meliore licet,*

Nil

*Nil adicit penso Lachesis, fusosque sororum
Explicat, & semper de tribus una fecat.*

Lucan l. 6. v. 812.

*Tu fatum ne quaere tuum cognoscere: Parcae
Me reticente, dabunt.*

Sil. Ital. l. 5. v. 405.

*Ille sibi longam Clotho, turbamque nepotum
Crediderat, vanis deceptus in alite signis.
Sed non augurio Parcarum impellere metas
Concessum cuiquam. Ruit inter tela cruentis
Suspiciens oculis coelum, superosque reposcit
Tempora promissae media jam morte senectae.*

GEMMA CXXV.

Corytus & arcus rotae impositi, cum inscriptione
FELIX SAGITTARIUS. De coryto & arcu Ovid. trist. l. 5.
eleg. 7. v. 15.

*In quibus est nemo, qui non coryton, & arcum,
Telaque vipereo lurida felle gerat.*

Virg. Aen. 5. v. 311.

*Alter Amazoniam Pharetram, plenamque sagittis
Threiciis.*

De rota Virg. Georg. l. 4. v. 484.

Atque Ixionii vento rota constitit orbis.

G E M M A C X X V I.


Lyra intra sceptrum & oleae ramum, cum inscriptione BRVtus PRO CoS CAEPio. De Bruto Caepione. Vide Ursini familias pag. 129. & 130. Ubi Q. Caepio Brutus Proconsul, Provinciam Macedoniam, cunctamque Graeciam, tueatur &c. Teste Plutarcho in Catone Uticense. Hic Brutus etiam carmina scripsit, teste Lyra & ramo olivae, Poëtarum signis Ovid. l. 1. epist. 1. ex Ponto v. 23.


*Antonî scripta leguntur :
Doctus & in promptu scrinia Brutus habet.*

v. 29.

*Si dubitas de me; laudes admitte Deorum :
Et carmen demto nomine sume meum.
Adjuvat in bello pacatae ramus olivae.
Proderit Auctorem Pacis habere nihil ?*

TABU-





TABULA TRIGESIMA QUARTA.

PRIAPUS.

Priapus Liberi patris & Veneris filius, Hortorum Deus, apud Lampfacenos pro Deo cultus, qui templa ei sacra constituerunt. De eo Catull. l. 1. ad Hortorum Deum 18.

*Hunc lucum tibi dedico, confecroque Priape
Qua domus tua Lampfacci est, quaque silva Priape,
Nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellepontia, caeteris ostreosior oris.*

Virg. ecl. 7. v. 33.

*Sinum lactis, & haec te liba, Priape, quotannis
Expectare sat est: cultos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu
Si foetura gregem suppleverit, aureus esto.*

Ovid. fast. l. 6. v. 333.

*At ruber hortorum custos Nymphasque Deasque
Captat: & errantes fertque refertque pedes.
Adspicit & Vestam. dubium Nymphamne putarit,
An scierit Vestam: scisse sed ipse negat.*

G E M M A C X X V I I .

Amans manibus post terga retortis, ab Cupidine columnae alligatur. De Cupidinis potentia Ovid. Amor. l. 1. eleg. 2. v. 27.

*Ducentur juvenes capti, captaeque puellae.
Haec tibi magnificus pompa triumphus erit.
Ipse ego praeda recens factum modo vulnus habebo:
Et nova captivâ vincula mente feram.
Mens bona ducetur manibus post terga retortis,
Et pudor, & castris quidquid Amoris obest.
Omnia te metuent: ad te sua brachia tendens
Vulgus, Io, magna voce, Triumphe, canet.*

G E M M A C X X V I I I .

Ensis arae impositus, inter duas stellas, cum inscriptione FINIS POMP. VIII. AEGIP. & infra VICTORIA Caesaris. De ense Lucan. l. 8. v. 385.

*Ensis habet vires, & gens quaecumque virorum est,
v. 520.*

*Hoc ferrum, quod fata jubent proferre, paravi.
Non tibi sed victo. Feriam tua viscera, Magne.*

v. 675.

Vendicat hoc Pharius dextra gestare satelles.

Dege.

*Degener, atque operae miles Romane secundae.
Pompeii diro sacrum caput ense recidis,
Ut non ipse feras? ô summi fata pudoris!*

Lucan. l. 9. v. 1019.

*Thessalicas Magnus quaerens reparare ruinas,
Ense jacet nostro: tanto te pignore Caesar
Emimus: hoc tecum percussum est sanguine foedus.
Accipe regna Phari nullo quaesita cruore:
Accipe Niliaci jus gurgitis: accipe quicquid
Pro Magni cervice dares.*

GEMMA CXXIX.

Fulmen inter Lunam crescentem, & tres stellas, cum
inscriptione CONservantur AETernum REPVblica
ROMana.

De fulmine & stellis Lucan. suppl. l. 3. pag. 558.

*Aethera non cessant dare signa minacia. Lumen
Horridius tenebris praebebant fulgura. Stellae
Insolitae visae; intonuit sine nubibus aër.*

In parte averfa. tres stellae JUPIter, MINerva, JUNo.

De his stellis Manil. Astr. l. 2. pag. 42.

*Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,
Jupiter & cum matre deum regis ipse leonem.
E Jovis adverso Junonis Aquarius astrum est.*

T A-

TABULA TRIGESIMA QUINTA.

VULCANUS.

Vulcanus Jovis & Junonis filius, vel ut alii, solius Junonis, ob deformitatem in Lemnum insulam dejectus, & eâ ruinâ claudus factus, Veneris maritus, Deus ignis praefes, etiam Mulciber vocatus, quod ferum mulceat. De eo Statius l. 3. silv. 1. v. 130.

*Non tam grande sonat motis incudibus Aetna,
Cum Brontes, Steropesque ferit, nec major ab antris
Lemniacis fragor est, ubi flammeus Aegida caelat
Mulciber, & castis exornat Pallada donis.*


De Vulcano claudo Ovid. Amor. l. 2. eleg. 17. v. 17.

*Creditur aequoream Phthio Nereïda regi,
Egeriam justo concubuisse Numae;
Vulcano Venerem: quamvis incude relictâ,
Turpiter obliquo claudicet ille pede.*

G E M M A C X X X.

Phoebus palliatus dextra Cancrum, sinistra facem transversum tenens, adstante Ariete ad pedes. De Ariete & Cancro Manil. astr. pag. 78. v. 33.

Nam-



*Namque Aries Phoebum repetentem sidera Cancri
Inter principium reditus, finemque coërcet,
Tempora diviso jungens concordia mundo:
Convertitque vices, victumque ad sidera brumae
Exsuperare diem jubet, & succumbere noctes,
Aestivi donec veniant ad sidera Cancri.*

Pag. 85. v. 12.

*Cancer ad ardentem fulgens in cardine vittam,
Quam Phoebus summis revocatus curribus ambit,
Articulum mundi retinet, lucetque reflectit.*

GEMMA CXXXI.

Volcanus Galeam Martis fabricans.
De Volcano Virg. Aen. 8. v. 414.

*Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
Antra Aetnea tonant, validique incudibus ictus
Auditu referunt gemitum, striduntque cavernis
Stricturae chalybum, & fornacibus ignis anhelat;
Volcani domus, & Volcania nomine tellus.*

Martial. l. 5. epigr. 7. v. 5.

*Jam precor oblitus nostrae, Volcane, querelae
Parce, sumus Martis turba, sed & Veneris.*
Q Parce

*Parce Pater: sic Lemniacis lasciva catenis
Igrosfat conjux, & patienter amet.*

Cl.Gronov.inGemmis Leonard.Augustin.Gemma 118.

Fecit ei galeam fortem temporibus aptam.

G E M M A C X X I I .

Jupiter cum aquila ad pedes folio infidens , inter
Victoriam, globo insistentem, clypeoque inscribentem,
& Palladem hastatam.

De Jove Virg. Aen. 10. v. 100.

*Tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas,
Infit. Eo dicente deum domus alta filescit,
Et tremefacta solo tellus ; filet arduus aether :
Tum Zephyri posuere : premit placida aequora pontus.
Accipite ergo , animis atque haec mea figite dicta.*


De Victoria Ovid. fast. 2. v. 811.

*Quid victor gaudes ? Haec te Victoria perdet.
Heu quanto regnis nox stetit una tuis !*

De Pallade Virg. Aen. 2. v. 162.

*Omnes spes Danaum, & coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit.*

GEM-



GEMMA CXXXIII.

Fortuna stans cum attributis , inter duos milites hastatos. De fortuna & militibus Virg. Aen. 2. v. 387.

*O Socii , quae prima , inquit , fortuna salutis
Monstrat iter , quaque ostendit se dextra , sequamur.
Mutemus clypeos , Danaûmque insignia nobis
Aptemus : dolus , an virtus , quis in hoste requirat ?
Arma dabunt ipsi.*

TABULA TRIGESIMA SEXTA.

AESCULAPIUS.

A Pollinis ex Coronide Nympha filius , ex ejus utero sectus , sub Chirone centauro medicinae studuit , jamque hujus artis peritus , Dianae precibus Hippolytum , ab equis discerptum , vitae restituit , quare motus Jupiter fulmine eum occidit. De nativitate Aesculapii Ovid. Met. 2. v. 628.

*Non tulit in cineres labi sua Phoebus eosdem
Semina : sed natum flammis uteroque parentis
Eripuit : geminique tulit Chironis in antrum.*

De morte Aesculapii Virg. Aen. 7. v. 770.

Tum Pater Omnipotens , aliquem indignatus ab umbris

Q 2

Mor-

*Mortalem infernis ad lumina surgere vitae,
Ipse repertorem medicinae talis & artis
Fulmine Phoebigenam Stygias detrusit in undas.*

G E M M A C X X X I V.

Leo erectus verum signum sanitatis protendit.

In averſa parte IAW. De IAW gemma 105.

Vide ſimilem Macarii Abraxan tab.8.& haec Chiſletii verba cap. V.

Qui enim hunc annulum geſtaverit, petram in renibus vel veſicâ non habebit, & nec dolorem lateris, vel renis nullatenus ſentiet. Sed credat Judaeus Apellâ, non ego: nam nec Aeſculapius ipſe, nec ejus medicina, poterant tollere podagram: nedum haec gemma.

De impotentia Aeſculapii Ovid. l. 1. epiſt. 3. ex Ponto. v.

Non eſt in medico ſemper, relevetur ut aeger.

Interdum doctâ plus valet arte malum.

Cernis, ut e molli ſanguis pulmone remiſſus

Ad Stygias certo limite ducat aquas.

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas;

Sanabit nulla vulnera cordis ope.

Tollere nodofam nescit medicina podagram,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Cura quoque interdum nullâ medicabilis arte;

Aut, ut ſit, longâ eſt extenuanda morâ.

GEM-

GEMMA CXXXV.

Crocodilus cum inscriptione Ξ P. b. A. videtur etiam
 gemma Abraxica & Aegyptiaca. De Crocodilo Juvenal.
 sat. 15. v. 1.

*Quis nescit. Voluse Bithynice, qualia demens
 Aegyptus portenta colat? crocodilon adorat
 Pars haec. Illa pavet saturam serpentibus Ibis.*

Prudent. peri Stephan. Hymn. v. 257.

*Placet sacratus Aspis Aesculapii?
 Crocodilus, Ibis & canis cur displicent?*

GEMMA CXXXVI.

Caput Socratis junctum capitibus hominis & equi
 habens pedes galli gallinacei; similem fere habes Ma-
 carii Abraxan pag. 36. & Horat. de arte Poëtica v. 1.

*Humano capiti cervicem pictor equinam
 Jungere si velit, & varias inducere plumas,
 Undique collatis membris, ut turpiter atrum
 Desinat in piscem mulier formosa superne:
 Spectatum admissi risum teneatis amici?*

Q 3

De

De figura Socratis Martial. l. 10. epigr. 99.

*Si Romana forent haec Socratis ora, fuissent
fulius in Satyris qualia Rufus habet.*

TABULA TRIGESIMA SEPTIMA.

HYGEIA SALUS.

HYgeia, Salus, Dea, filia Aesculapii, cujus simulachrum apud Sicyonios adoratum, & vix videri poterat, ad quod mulieres capillos dicabant, & in ejus honorem sibi tondere, ac refecare, solebant. Teste Pausania, l. 2. pag. 105. De Hygeia Martial. l. 11. epigr. 60.

*Ulcus habet, quod habere suam vult quisque puellam,
Quod sanare Criton, non quod Hygeia potest.*

GEMMA CXXXVII.

A.XP.ω Christi monogrammon inter alpha & omega cum inscriptione SALUS DONATA ALEXANDRO FILIO MAMMAEAE LUCE A.XP.ω. Id est Christi. Quasi haec gemma monstrare volebat Alexandrum & Mammaeam Christianae religioni favisse.

De salute Virg. Aen. 12. v. 653.

In te suprema salus: miserere tuorum.

Co-



ALEX
SAL DON
R
LVCE



CORN. INC.

137

CORN. INC.

138



SARD. INC.


139



HYGEIA
VEL.
SALVS.

LASVL. INC.

140



Coripp. l. 2. in fine.

*Qui facit hoc Deus est, Deus est in corde regentum:
Principibus princeps, quidquid Deus imperat, hoc est.
Terrarum dominus Christus dedit omnia posse.
Ille est omnipotens, hic omnipotentis imago.*

G E M M A C X X X V I I I.

Dea Salus utraque manu serpentem tenens. De salute
Virg. Georg. 4. v. 294.

Omnis in hac certam regio jacet arte salutem.

Aen. 2. v. 709.

*Quo res cumque cadent, unum & commune periculum,
Una Salus ambobus erit.*

G E M M A C X X X I X.

Faunus vel Satyrus saluti sacrificans, & serpens ex
ara exsiliens. De Fauno Horat. carm. l. 1. od. 4. v. 11.

*Nunc & in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu postcat agnam, siue malit hoedum.*

De serpente Ovid. Met. 15. v. 683.

Annuat his: motisque Deus rata pignora cristis,

Ter.

*Ter repetita dedit, vibratâ sibila linguâ.
 Tum gradibus nitidis delabitur; oraque retro
 Flectit: & antiquas abiturus respicit aras.*

v. 742.

*Huc se de Latiâ pinu Phoebæius anguis
 Contulit: & finem, specie coeleste resumtâ,
 Luctibus imposuit; venitque salutifer Urbi.*

G E M M A C X L.

Ophiuchus, forsân etiam Apollo vel Aesculapius, serpentem vel viperam sibila colla tumentem tenens. Ophiuchus coeleste sidus, a Poetis anguitenens appellatus, quòd hominis effigie fingi soleat anguem manu tenentis. De Ophiuchò Manil. Astr. pag. 11. v. 13.

*Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis
 Dividit, & toto mergentem corpore corpus
 Explicat, & nodos, sinuataque terga per orbes
 Expedit, effusis per laxa volumina palmis.
 Respicit ille tamen molli cervice reflexus.
 Semper erit paribus bellum, quia viribus aequant.*

De vipera Virg. Georg. 3. v. 416.

*Saepe sub immotis praesepibus aut mala tactu
 Vipera delituit, coelumque exterrita fugit:*

Aut



*Aut tecto adsuetus coluber succedere & umbrae,
Pestis acerba boum , pecorique adspergere virus,
Fovit humum. Cape saxa manu , cape robora , Pastor,
Tollentemque minas & sibila colla tumentem
Dejice.*

TABULA TRIGESIMA OCTAVA.

TELESPHORUS.

AB Epidauriis Acesius , & ab Pergamenis quodam
oraculo Telesphorus nuncupatus , & ut deus cul-
tus ; signi ipsius sola se facies , & imi pedes ostendunt ;
partes caeterae lanea tunica alba & pallio velantur , teste
Pausania l. 2. pag. 105.

GEMMA CXLI.

Sol dextra flagellum , sinistra spicas geminas tenens ,
stans inter Arietem & Taurum. De Ariete & Tauro
Manil. Astr. l. 1. pag. 9. v. 11.

*Aurato princeps Aries in vellere fulgens,
Respicit admirans aversum surgere Taurum
Summisso vultu Geminos , & fronte vocantem.*

R

L. 4.

L. 4. pag. 89. v. 30.

*Namque Aries primam partem sibi vindicat ipsi.
Altera sors Tauro, Geminis pars tertia cedit.
Sic inter denas divisum ducitur Astrum.*

G E M M A C X L I I.

Corvus cornucopiae insidens, adstante panario cum
spicis & papaveribus. De Corvo Virg. Georg. l. 1.
v. 410.

*Tum liquidas corvi pressoter gutture voces
Aut quater ingeminant: & saepe cubilibus altis,
Nescio qua praeter solitum dulcedine laeti,
Inter se foliis strepitant. Fervat imbris actis
Progeniem parvam dulcisque revisere nidos.
Haud equidem credo, qui sit divinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia major.*

De Papavere Ovid. trist. 5. eleg. 2. v. 23.

*Littora quot conchas, quot amoena rosoria flores,
Quotve soporiferum grana papaver habet.*

Virg. Georg. 4. v. 544.

*Post, ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,
Inferias Orphei Lethea papavera mittes.*

G E M-

GEMMA CXLIII.

Gallus rostro triangulum, vel Deltoton tenens. De
Deltoto Manil. astr. l. 1. pag. 11. v. 34.

*Cui succedit iniquo
Divisum spatium, quod tertia lampada dispar
Conspicitur paribus, Deltoton nomine fidus,
Ex simili dictum.*

L. 5. pag. 131. v. 2.

*Et quos Delphinus jaculatur quatuor ignes,
Deltotonque tribus facibus, similique nitentem
Luce Aquilam, & flexos artus per lubrica terga.*

GEMMA CXLIV.

Apollo laureatus dextra lyram tenens & trunco arboris infidens. De Apolline, lyra, & lauro Ovid. de arte Amand. l. 2. v. 493.

*Haec ego cum canerem, subito manifestus Apollo
Movit inauratae pollice fila Lyrae.
In manibus laurus: sacris inducta capillis
Laurus erat: vates ille videndus agit.
Is mihi lascivi, dixit, praeceptor Amoris,
Duc, age, discipulos ad mea templa tuos*

R 2

Est

*Est ibi diversum fama celebrata per orbem
 Littera ; cognosci quae sibi quemque jubet.
 Qui sibi notus erit , solus sapienter amabit ;
 Atque opus ad vires exiget omne suas.
 Cui faciem natura dedit , spectetur ab illâ ?
 Cui color est , humero saepe patente cubet.
 Qui sermone placet , taciturna silentia rumpet :
 Qui canit arte , canat : qui bibit arte , bibat.
 Sed neque declament medio sermone disertî :
 Nec sua vesanus scripta poeta legat.
 Sic monuit Phoebus : Phoebos parete monenti.
 Certa Dei sacro est hujus in ore fides.*


T A B U L A T R I G E S I M A N O N A .

B A C C H U S .

Bacchus Jovis ex Semele filius , Deus vini , primum
 Dionysus , deinde Liber , & Postea Bacchus , etiam
 Bromius , Lyaeus , Ignigena , & Bimater appellatus , quod
 cum Semele mater arsisset , ex igne surreptus Jovis
 femori insutus est , qui matris munere functus fuit . Postea
 per Inonem materteram clameducatus est . De eo Ovid.
 Met. 3. v. 310.

*Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo
 Eripitur , patrioque tener (si credere dignum)
 Insuitur femori ; maternaque tempora complet.*

Furtim



*Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. Inde datum Nymphae Nyseïdes antris
Occulvère suis ; lactisque alimenta dedêre.*

v. 519.

*Jamque dies aderit , jamque haud procul auguror esse ;
Qua novus huc veniat proles Semeleïa Liber.*

Met. 4. v. 11.

*Thuraque dant : Bacchumque vocant Bromiumque,
Lyaecumque,
Ignigenamque , satumque iterum , solumque bimatrem.*

v. 17.

*Nomina , Liber , habes. Tibi enim inconsumta juventas.
Tu puer Aeternus tu formosissimus alto
Conspiceris coelo : tibi , cum sine cornibus adstas ,
Virgineum caput est.*

Tibull. 1. 2. eleg. 1. v. 3.

*Bacche veni , dulcisque tuis e cornibus uva
Pendeat. Et spicis tempora cinge Ceres.*

Bacchus cornu ad bibendum tenebat , teste Nonno
Dionys. l. 12. pag. 338. v. 21.

καὶ δέπας ἀγκύλον εἶχε βοὸς κίρως. ἡδυπότην δὲ
 χείλεσιν ἀκρετάτοισιν ἐγούσαςτο Βάκχῳ ἱέρσης.

*Et poculum curvum habuit bovis cornu. dulcem potum
 habentem
 Labiis summis gustabat Bacchus rorem.*

G E M M A C X L V .

Vindemiatores duo uvas colligentes.
 De vindemia Virg. Georg. 2. v. 4.

*Huc Pater ô Lenæe, (twis hic omnia plena
 Muneribus : tibi pampineo gravibus Autumno
 Floret ager ; spumat plenis vindemia labris)
 Huc pater ô Lenæe, veni, nudataque multo
 Tingue novo mecum dereptis crura cothurnis.*

Ovid. trist. l. 5. eleg. 3. v. 35.

*Fer, bone Liber, opem : sic altam degravet ulmum
 Vitis, & incluso plena sit uva mero.*

Tibull. l. 2. eleg. 5.

*Oblitus & multo feriet pede rusticus uvas,
 Dolia dum, magni deficientque lacus.
 At madidus Baccho sua festa Palilia Pastor
 Concinet. A stabulis nunc procul este lupi.*

Ana-

Anacreon in Bacchum.

Ἦν', ὅταν τίμῳσι βέτρω,
 Ἀνοσοὶ μίνωσι πάντες,
 Ἀνοσοὶ δίμας θνητὸν,
 Ἀνοσοὶ γλυκύν τε θυμὸν,
 Εὐτίτους φανέντ' ἄλλα.

*Ut ubi sit uva secta,
 Vigemus absque morbo,
 Vigemus usque membra
 Vigemus usque mentem:
 Redeunte donec anno
 Redeat novus Lyaeus.*

GEMMA CXLVI.

Bacchus nudus, dextro cubito columnae innitens, flans inter arma & cantharum, sinistra manu ramum tenens; forsan post expeditionem in India, armis depositis, cantharum vel vinum ferto coronans.

De expeditione in India Diodor. l. 2. cap. 38. & Ovid. Met. 4. v. 20.

*Oriens tibi victus, adusque
 Decolor extremo quae cingitur India Gange.*

De Coronatione Vini Virg. Aen. 1. v. 713.

*Postquam prima quies epulis, mensaeque remotae
 Crateras magnos statuunt & vina coronant.*

Ana-

Anacreon bibendum esse demonstrat. carm. 19.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
 πίνει ὃ δένδρε' αὐτῷ,
 πίνει θάλασσα δ' αὖρας,
 ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
 τὸν δ' ἥλιος σελεύη.
 τί μοι μάχεσθ' ἑταῖροι,
 κ' αὐτὰς θέλοντι πίνειν;

*Faecunda terra potat,
 Hanc arboreſque potant;
 Et potat aequor auras,
 Phoebusque potat aequor,
 Ipſumque Luna Phoebum.
 Quid ergo vos, ſodales,
 Potare me vetatis?*

G E M M A C X L V I I .

Buccinator trunco arboris adſtans, buccinam inflat,
 appoſito ramo ante pedes.

De buccinatore Virg. Aen. 7. v. 519.

*Tum vero ad vocem celeres, qua Buccina ſignum
 Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
 Indomiti agricolae. Nec non Ἐ Τροία pubes
 Aſcanio auxilium caſtris effundit apertis.*

Catull. pag. 104.

*Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo,
 Ubi capita Maenades vi jaciunt hederigerae.*

GEM-

●
G E M M A C X L V I I I .

Bacchus dextra cantharum supra tigridem , sinistra thyrsum tenens. Vide similem nummum Macrini in Colonia celebrim. Medici & Antiquarii Joan. Vaillantii. pag. 92.

De thyrso Claudian. l. 1. de raptu Proserpinae.

*Laetusque simul procedit Jacchus
Crinali florens hedera , quem Parthica Tigris
Velat , & auratos in nodum colligit unguis,
Ebria Maconiis figit vestigia thyrsis.*

Ovid. de Arte l. 1. v. 189.

*Nunc quoque qui puer es , quantus tum , Bacche , fuisti,
Cum timuit thyrsos India victa tuos!*

De Tigride Virg. Aen. 6. v. 805.

*Nec , qui pampineis victor juga flectit habenis,
Liber , agens celso Nysae de vertice Tigris.*

Martial. l. 8. epigr. 26. v. 7.

*Nam cum captivos ageret sub curribus Indos,
Contentus gemina Tigride Bacchus erat.*

L. 14. epigr. 107.

*Nos Satyrus, nos Bacchus amat, nos ebria Tigris,
Perfusus domini lambere docta pedes.*

T A B U L A Q U A D R A G E S I M A . H E R C U L E S .

Hercules Jovis & Alcmenae filius, qui post multos labores, ob fortitudinem & gloriam inter Deos relatus est; postquam in Oeta Thessaliae monte, praestructo rogo, ac sagittis Philoctetae Poeantis filio traditis, qui ejus pyram struxerat, flammis exustus est. Horat. lib. carm. 1. ode 3. v. 36.

*Perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est.*

Ovid. Met. l. 9. v. 229.

*At tu, Jovis inclyta proles,
Arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete,
Inque pyram structis, arcus, pharetramque capacem,
Regnaque visuras iterum Trojana sagittas,
Ferre jubes Poeante satum: quo flamma ministro
Subdita. Dumque avidis comprehenditur ignibus agger;
Congeriem silvae Nemeaeo vellere summam*

Sternis:



ACHAT, GERM.
INC.
149



γγγ
κκκ



ΑΒΓΔΕ
Α Σ

ACHAT, INC.
HERCVLES
150

*Sternis : & impositâ clavae cervice recumbis ,
 Haud aliud vultu , quam si convivâ jacêres
 Inter plena meri redimitus pocula sertis .
 Jamque valens , & in omne latus diffusa sonabat ,
 Securosque artus , contemptoremque petebat
 Flamma suum . Timuere Dei pro vindice terrae .*

GEMMA CXLIX.

Hercules Leonem Nemeaeum suffocans adstante clava,
 similem habes Macarii Abraxan, tab. 22.

De Hercule & Leone Virg. Aen. 8. v. 293.

*Tu nubigenas , invicte , bimembris
 Hylaeumque Pholumque manu , tu Cresia mactas
 Prodigia , & vastum Nemea sub rupe Leonem .*

Martial. de spectaculis epigr. 6. v. 2.

*Prostratum Nemeës & vasta in valle Leonem,
 Nobile & Herculeum fama canebat opus .*

Epigr. 15. v. 5.

*Stravit & ignota spectandum mole Leonem,
 Herculeas potuit qui decuisse manus .*

Papin. stat. 6. Thebaid. v. 270.

*Primus anhelantem duro Tyrinthius angens
 Pectoris attritu sua fregit in ossa Leonem .*

S 2

L. 4.

L. 4. Silv. 6. v. 41.

Hoc pectore pressus
Vastator Nemeës.

In parte averſa literae vel ſigna abraxica γ γ γ. κ κ κ.

G E M M A C L.

Leo gradiens ore tenens praedam , poſito aſtro inter pedes.

In parte averſa ΑΒΡΑΧΑΞ. Vide fere ſimilem Macarii Abraxan, Tab. 7. 28. de verbo Abraxas vide gemmam 115.
De praeda Leonis Ovid. l. 5. v. 177.

Dumque petit latebras foetae catulosque Leaenae ;
Ipſe fuit Libycae praeda *cruenta* ferae.

Manil. Aſtr. l. 4. pag. 85. v. 26.

Quis dubitet , vaſti quae ſit natura Leonis ?
Quasque ſuo dictet ſigno naſcentibus arteis ?
Ille novas ſemper pugnas , nova bella ferarum
Apparat , & pecorum ſpolio , vivitque rapinis.
Hoc habet , hoc ſtudium , poſtis ornare ſuperbos
Pellibus , & captas domibus praefigere praedas,
Et pacare metu ſilvas , & vivere raptō.

T A B U-



TABULA QUADRAGESIMA PRIMA.

EURYSTHEUS ET HERCULES.

Eurystheus Stheneli filius Mycenarum rex, qui Junonis instinctu Herculi imperabat, ut varia monstra superaret, & ut ponderis magnitudine periret. Qua in re Eurystheus deceptus est, & Hercules semper victor rediit.

De laboribus Herculis Virg. Aen. 8. v. 291.

*Ut duros mille labores
Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquae
Pertulerit.*

Ovid. Met. 9. v. 181.

*Mors mihi munus erit. Decet haec dare dona novercam.
Ergo ego foedantem peregrino templa cruore
Busirim domui? saevoque alimenta parentis
Antaeo eripui? nec me pastoris Iberi
Forma triplex; nec forma triplex tua, Cerbere movit?
Vosne manus validi pressistis cornua tauri?
Vestrum opus Elis habet, vestrum Stymphalides undae,
Partheniumque nemus? vestra virtute relatus
Thermodontiaco coelatus baltheus auro,
Pomaque ab insomni male custodita dracone?
Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi,*

S 3

Arca-

Arcadiae vastator aper? *nec profuit* Hydrae
Crescere per damnum, geminasque resumere vires?
Quid? cum Thracas equos *humano sanguine pingues,*
Plenaque corporibus laceris praesepia vidi,
Visaque dejeci, dominumque ipsosque peremi?
His elisa jacet moles Nemeaea lacertis?
Hac caelum ceruice tuli? defessa jubendo est
Saeva Jovis conjux: ego sum indefessus agendo.
Sed nova Pestis adest: cui nec virtute resisti,
Nec telis armisve potest. Pulmonibus errat
Ignis edax imis, perque omnes pascitur artus.
At valet Eurystheus.

G E M M A C L I.

Theseus spolio tauri ornatus stans, dextra stipitem
 nodosum tenens; postquam Minotaurum & Taurum At-
 ticum occiderat.

De Theseo Ovid. epist. Ariad. Theseo. v. 101.

Nec tua mactasset nodosa stipite, Theseu,
Ardua parte virum dextera, parte bovem!
Nec tibi, quae reditus monstrarent, fila dedissem,
Fila per adductas saepe recepta manus!
Non equidem miror, si stat victoria tecum.
Strataque Cretaeam bellua tinxit humum,
Non poterant figi praecordia ferrea cornu.
Ut te non tegeres, pectore tutus eras.

Ovid.

Ovid. Met. 7. v. 433.

*Te, maxime Theseu
Mirata est Marathon Cretaei sanguine Tauri.*

GEMMA CLII.

Hercules Cerberum abstrahens.
De Cerbero Ovid. Met. 7. v. 409.

*Specus est tenebroso caecus biatu :
Est via declivis , per quam Tirynthius heros
Restantem , contraque diem radiosque micantes
Obliquantem oculos , nexis adamante catenis,
Cerberon abstraxit : rabidâ qui concitus irâ
Implevit pariter ternis latratibus auras :
Et sparsit virides spumis albentibus agros.*

Virg. Aen. 6. v. 395.

*Tartareum ille manu custodem in vincla petivit ;
Ipsius a solio regis traxitque trementem.*

GEMMA CLIII.

Hercules Antaeum, quem procul a tellure tenent, suffocat, apposita clava.

De

De Antaeo. Lucan. l. 4. v. 595.

*Nec tam justa fuit Terrarum gloria Typhon,
Aut Tityos, Briareusque ferox: coeloque pepercit,
Quod non Phlegraeis Antaeum sustulit arvis.
Hoc quoque tam vastas cumularvit munere vires,
Terra sui foetus, quod, cum tetigère parentem,
Jam defecta vigent renovato robore membra.*

v. 648.

*Haerebis pressis intra mea pectora membris:
Huc Antaëe cades. Sic fatus, sustulit alte
Nitentem in terras juvenem. Morientis in artus
Non potuit nati tellus summittere vires.*

Stat. Theb. l. 6. v. 890.

*Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn, cum fraude reperta
Raptus in excelsum, nec jam spes ulla cadendi,
Nec licet extrema matrem contingere planta.*

G E M M A C L I V.

Hercules Taurum Pasiphaës formosissimum ex Creta
ad Eurysthæum deducens, adstante clava. Vide Diodo-
rum Sic. l. 4. cap. 13.

De



De Tauro Pasiphaës Virg. Aen. l. 6. v. 24.

*Hic crudelis amor Tauri , suppositaque furto
Pasiphaë , mixtumque genus , prolesque biformis
Minotaurus inest , Veneris monumenta nefandae :
Hic labor ille domûs , & inextricabilis error.*

Propert. l. 2. eleg. 23. v. 113.

*Uxorem quondam magni Minois , ut ajunt,
Corrupt torvi candida forma bovis.*

Martial. spectat. l. epigr. 5.

*Junctam Pasiphaën Dictæo , credite , tauro
Vidimus ; accepit fabula prisca fidem.*

TABULA QUADRAGESIMA SECUNDA.

HERCULES ET ACHELOUS.

Achelous , Oceani ac terrae filius. Hic cum Hercule duello certavit pro Deianira , Oenei Calydoniae regis filia , sed videns Herculem fortiolem , se vertebat in serpentem , deinde in Taurum , cui Hercules amputavit cornu , quod comiti fortunae datum , copiae cornu appellatum fuit.

T

De

De luētamine Herculis cum Acheloó Ovid. Met. 9.
v. 82.

*Induit ille toris a laeva parte lacertos ;
Admissumque trahens sequitur , deprensaque dura
Cornua figit humo ; meque altâ sternit arenâ.
Nec satis id fuerat : rigidum fera dextera cornu
Dum tenet , infregit ; truncaque a fronte revellit.*

G E M M A C L V .

Capita jugata Herculis & Deianirae , spolio leonis
tectâ.

De Hercule & Deianira Ovid. epist. Paridis Helenae
v. 265.

*Ut ferus Alcides Acheloiia cornua fregit ,
Dum petit amplexus , Deïanira , tuos.
Nostra per has leges audacia fortiter isset :
Teque mei scires esse laboris opus.*

G E M M A C L V I .

Capita jugata Ptolemaei , & Arsinoës , Aegypti regis
& reginae , fratris & sororis , ex Ptolemaeo Lago &
Berenice.

ndt

De iis Theocrit. eidyl. 17.

ὦδε ἔ' ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελείσθῃ,
 οὐδ' εἴς το κρηόισις Ῥέα βασιλῆας ἐλύμεναι.
 Ἐν δὲ λείχῳ εὐρύσσιν ἰαυέει Ζεὺς καὶ Ἥρη,
 Χῆρας Φοιβήσασσι μύροισ' ἐτι παρθένῳ Ἴριδι.
 Χαῖρ' ὦναξ Πτολεμαῖς· σέθεν δ' ἐγὼ ἴσα καὶ ἄλλων
 Μνάσομαι ἡμιθέων· δοκέω δ' ἔπῳ ἐκ ἀπόβλητον
 φθιέζομαι ἰστομένοις· ἀρετὴν γὰρ μὲν ἐκ Διὸς αἰτῶ.

*Ergo amat ex animo conjux fratremque virumque.
 Taliter in thalamum quondam coiëre jugalem
 Quos Rheam genuisse ferunt, quibus omnia parent,
 Sic se complexi fratrem soror, ille sororem
 Jupiter & Juno lectum venêre in eundem,
 Quem stravisse ferunt redolentibus Irida palmis.
 Salve rex Ptolemaee, tuos ego semper honores,
 Sicut & heroum laudes, & facta aliorum
 Carmine non humili, nec quod contemnere possit
 Posteritas ventura, canam: tibi Jupiter aequus
 Virtutem dabit, & faciet virtute beatum.*

G E M M A C L V I I.

Caput Platonis Philosophi, qui Athenis natus est,
 ex Aristone patre & matre Perictiona, quae a Solone ge-
 nus ducebat, antea Aristocles, ex avi nomine vocatus.
 De ejus vita & tumulo Diog. Laërt. l. 3. segm. 43. & 44.

T 2

Σωφρο-

Σωφροσύνη προφέρων θνητῶν ἦθι τε δίκαιον
 Ἐνθάδ' ἤδη κῆται δῖος Ἀριστοκλῆς.
 Εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχειν ἔπαινον,
 Τῷτον ἔχ' ἀλλήτων, καὶ φθόνῳ ἔχ' ἔπεται.

Ἐτέρων δὲ

Γαῖα μὲν ἐν κόλπῳ κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος,
 Ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων.
 Τίδ' Ἀρίστωνος τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
 Τιμᾶ ἀνὴρ ἀραβὸς θάιον ἰδόντα βίον.

*Justitia cunctis praeftans, vitaeque modesta,
 Hoc situs in tumulo divus Aristocleës.
 Si quemquam ad magnos sapientia vexit honores,
 Hunc citra invidiam vexit et ipsa virum.*

Alterum.

*Corpus habet gremio contractum terra Platonis,
 Mens sed habet superum tecta beata Deum.
 Divinum quem jam veneratur quisquis honestus,
 Et probus est, cuius vel procul est regio.*

G E M M A C L V I I I.

Caput Homeri, qui fuit Poetarum omnium prae-
 stantissimus & floruit circiter 160 annis ante Romam condi-
 tam teste Corn. Nepote, in Chronicis. Primum Mele-
 genes vocatus, quod ad Melenem fluvium natus erat.
 Caecum, etiam & vinosum, fuisse volunt.

Horat.

Horat. l. i. epist. 19. v. 2.

*Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt
Quae scribuntur aquae potoribus: ut male sanos
Adscripsit Liber Satyris Faunisque Poëtas.
Vina fere dulces oluerunt mane Camoenae:
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.*

Horat. de arte Poëtica v. 73.

*Res gestae regumque, ducumque, & tristia bella
Quo scribi possent numero monstravit Homerus.*

Sil. Ital. l. 13. v. 788.

*Carminibus complexus terram, mare, sidera, manes
Et cantu Musas & Phoebum aequavit honore.
Atque haec cuncta, prius, quam cerneret ordine terris
Prodidit, & vestram tulit usque ad sidera Trojam.*

De ejus patria incerta Gell. l. 3. c. 11.

Ἐπὶ τῇ ἐλαδμαίνουσι πόλει διαρρίζαν ὁμῆρα,
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφών, Πύλος, Ἀργεῖαι, Ἀθήναι.

Cl. Gronovii Graec: antiq: tom 2. 18.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos,
Athenae,

Orbis de Patria certat, Homere, tua.

T 3 .

TA-

TABULA QUADRAGESIMA TERTIA.

P A N.

PAn, pastorum atque totius Naturae Deus ; dicitur Syringem amasse, quam cum, Ladonem amnem Arcadiae transire non potens, Nympharum precibus in palustrem calamum mutatam vidisset, ex hoc statim composuit fistulam ; & illius nomine septem imparibus calamis simul junctis vocavit.

Virg. eclog. 2. v. 32.

*Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit, Pan curat ovis oviumque magistros.
Nec te poeniteat calamo trivisse labellum.*

Ovid. Met. l. 1. v. 705.

*Panaque, cùm prensam sibi jam Syringa putaret,
Corpore pro Nymphae calamos tenuisse palustres:
Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos
Effecisse sonum tenuem, similemque querenti:
Arte novâ vocisque Deum dulcedine captum,
Hoc mihi concilium tecum, dixisse, manebit:
Atque ita disparibus calamis compagine cerae
Inter se junctis nomen tenuisse puellae.*

GEM-



GEMMA CLIX.

Caprimulgus cum duabus capellis sub arbore.
De iis Virg. eclog. 4. v. 21.

*Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Ubera: nec magnos metuent armenta leones.*

Virg. eclog. 2. v. 19.

*Despectus tibi sim, nec, qui sim, quaeris, Alexi:
Quam dives pecoris, nivi quam lactis abundans.
Mille meae Siculis errant in montibus agnae.
Lac mihi non aestate, novum non frigore desit.*

v. 40.

*Praeterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ovis ubera: quos tibi servo.*

GEMMA CLX.

Juvenis in curru ab geminis capris decurrentibus
tractus. Vide similem in Patini familia Renia pag. 239.
De capris Virg. Aen. 4. v. 152.

*Ecce ferae saxi dejectae vertice caprae
Decurrere jugis: alia de parte patentis*

Trans-

*Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi
Pulverulenta fuga glomerant, montisque relinquunt.*

Martial. l. 4. epigr. 52.

*Gestari junctis nisi desinis, Aedyle, capris.
Qui modo ficus eras, jam caprificus eris.*

De curru Ovid. Met. 2. v. 105.

*Ergo, qua licuit genitor cunctatus, ad altos
Deducit juvenem Vulcaniq; munera currus.*

G E M M A C L X I.

Daedalus sibi & Icaro alas fabricans, ut e Creta evolarent, & Minoëm Dictaei regem effugerent. Vide celeberr. I. Gronovii antiquitates Graecas tom. 1. R. R.

Ovid. de arte Amandi l. 2. v. 43.

*Ingenium mala saepe movent. Quis crederet unquam,
Aërias hominem carpere posse vias?
Remigium volucres disponit in ordine pennas:
Et leve per lini vincula nectit opus:
Imaque pars ceris astringitur igne solutis:
Finitusque novae jam labor artis erat.
Traëtabat ceramque puer pennasque renidens,
Nescius haec humeris arma parata suis.
Cui pater, his, inquit, patria est adeunda carinis:*

Hac

*Hac nobis Minos effugiendus ope.
 Aëra non potuit Minos ; alia omnia clausit.
 Quem licet : inuentis aëra rumpe meis.*

Ovid. trist. 3. eleg. 4. v. 21.

*Quid fuit , ut tutas agitaret Daedalus alas ;
 Icarus immensas nomine signet aquas ?
 Nempe quod hic altè , demissius ille volabat.
 Nam pennas ambo nonne habuère suas ?*

Epist. Leandri Heroni v. 49.

*Nunc daret audaces utinam mihi Daedalus alas !
 Icarium quamvis hic prope littus adest.*

Sil. Ital. l. 12. v. 89.

*Majores fecere manus , quum regna timeret
 Dictaei regis , (sic fama est) relinquere terras
 Daedalus inuenit : nec toto signa sequenti
 Orbe dare ; aetherias aliena tollere in auras
 Ausus se penna , atque homini monstrare volatus.*

GEMMA CLXII.

Aquila vel vultur juxta arborem , praedam rostro la-
 nians & capreae duae ponticulum vel rupem ascenden-
 tes, infra quem similis aquila.

V

De

De aquila , lepore , & caprea Juvenal. Sat. 14. v. 79.

*Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, Et se
Pascentis, propria cum jam facit arbore nidos.
Sed leporem aut capream famulae Jovis Et generosae
In saltu venantur aves: hic praeda cubili
Ponitur: unde autem, cum se matura levavit
Progenies stimulante fame, festinat ad illam,
Quam primum praedam rupto gustaverat ovo.*

De caprea Martial. l. 13. epigr. 100.

*Pendentem summa capream de rupe videbis,
Casuram speres, decipit illa canes.*

TABULA QUADRAGESIMA QUARTA.

M A R S Y A S.

M Arsyas fuit Tibicen, e Phrygia, & ea temeritate, ut ipsum Phoebum ad cantus certamen ausus est provocare, a quo victus & excoriatus est. Teste Ovid. Met. l. 6. v. 387.

*Clamanti cutis est summos derepta per artus:
Nec quicquam, nisi vulnus erat, cruor undique manat;
Detectique patent nervi: trepidaeque sine ullâ
Pelle micant venae. Salientia viscera possis,
Et perlucens numerare in pectore fibras.*

GEM-

MARSYAS.



ONYC. EXC.

163

LAZ. INC.

164



CORN. INC.

165

44

GEMMA CLXIII.

Tmolus Judex inter Apollinem & Marfyam, Lyra & tibiis decertantes. De iis Ovid. Met. 11. v. 153.

*Pan ibi dum teneris jactat sua carmina nymphis
Et leve ceratâ modulatur arundine carmen;
Ausus Apollineos prae se contemnere cantus,
Judice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior Judex confedit, & aures
Liberat arboribus quercu coma caerula tantum
Cingitur; & pendent circum cava tempora glandes.*

L. Begerus similem gemmam in Thesauro Brandeburgico exhibet pag. 190. & ibi Bacchus ΑΙΣΤΜΝΗΤΗΣ vocatur, sed crederem, virum doctum non satis bene observasse istam gemmam, forte huic similem.

GEMMA CLXIV.

Apollo, trunco arboris insidens, dextra Lyram tenens, adstante tibicine, duas pariter tibias inflante. Ovid. Met. 11. v. 160.

*Isque Deum pecoris spectans, in judice, dixit,
Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille.*

v. 168.

*Tenuit manus altera plectrum:
Artificis status ipse fuit. Tum stamina docto
Pollice sollicitat: quorum dulcedine captus
Pana jubet Imolus Citharae submittere cannas.*

De duabus tibiis Martial. l. 14. epigr. 64.

*Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis:
Saepe duas pariter, saepe monaulon habet.*

Virg. Aen. 9. v. 617.

*O vere Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma; ubi adfuetis biforem dat tibia cantum.*

G E M M A C L X V.

Marfyas excoriandus columnae alligatus, adstante:
Apolline, & Satyro genu flexo. De iis Ovid. Met. l. 6. v. 383.

*Rettulit exitium; Satyri reminiscitur alter:
Quem Tritoniacâ Latôus arundine victum
Affecit poenâ, quid me mihi detrahis inquit:
Ab piget: Ab non est, clamabat, tibia tanti!*

In averfa parte Sol, Luna & quinque stellae cum Cha-
racteribus abraxicis. Proculdubio septem planetae.

De



De iis Manik. Astr. I. 1. pag. 25. v. 26.

*Sunt alia adverso pignantia sidera mundo,
Quae coelum terramque inter volitantia pendent,
Saturni, Jovis, & Martis, Solisque: sub illis
Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus.*

TABULA QUADRAGESIMA QUINTA.

DEUS GENIUS.

Genius, omnis naturae Deus, & uniuscujusque anima rationalis. Genius numen est quod nobis nascentibus datur. Teste Servio.

De genio Tibull. l. 2. eleg. 2.

Dicamus bona verba, venit natalis ad aras.

Quisquis ades lingua vir mulierque fave.

Urantur pia thura focis; urantur odores.

Quos tener e terra divite mittit Arabs.

Ipse suos Genius adsit visurus honores,

Gui decorent sanctas mollia farta comas.

Illius puro distillent tempora nardo,

Atque satur libo sit, madeatque mero.

L. 4. eleg. 5.

Magne Geni cape thura libens votisque faveto

Si modo, cum de me cogitat, ille calet.

V. 3.

Genio,

Genio res sacra fiebat mero ac floribus , teste Horat.
epist. l. 2. v. 143.

Silvanum lacte piabant,
Floribus & vino Genium *memorem brevis aevi.*

G E M M A C L X V I .

Deus Genius stans , dextra pateram , sinistra Cornu-
copiae tenens.

De Genio Horat. epist. l. 2. epist. 2. v. 187.

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum,
Naturae Deus humanae, mortalis in unum
Quodque caput, vultu mutabilis, albus & ater.

G E M M A C L X V I I .

Ara accensa inter duos clypeos, cum inscriptione
CALANus ALEXandro.

Calanus Philosophus ex Gymnosophistis Indis (A-
lexandro Magno superbienti fragilitatem humanam ob-
jiciens) fertur , cum in rogam ardentem adscenderet,
dixisse , o praeclarum discessum e vita ! cum , ut
Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem
animus excesserit. Cumque Alexander eum rogaret, si
quid vellet, ut diceret; optime, inquit: *propediem te*
videbo. Quod ita contigit, nam Babylone paucis post
die-

diebus Alexander mortuus est. Vide Ciceronem de Divinatione l. 1. c. 23.

GEMMA CLXVIII.

Sceptrum vel baculum, lauro coronatum inter geminos angues, cum inscriptione ASIa RECepta. In memoriam victoriae, per Augustum Caesarem partae. De victoria Caesaris Virg. georg. l. 2. v. 170.

Et te, maxime Caesar:

*Qui nunc extremis Asiae jam victor in oris
Inbellem avertis Romanis arcibus Indum.*

De geminis serpentibus Ovid. Met. 3. v. 324.

*Nam duo magnorum viridi coëuntia silvâ
Corpora serpentum bacula violaverat ictu.*

GEMMA CLXIX.

Manus de Coelo demissa, bilancem tenens cum inscriptione TRI. SVNT. DOM. PEC. SC. Æ. Forſan TRIBUTA SVNT DOMITIANI PECULIA vel DOMITIANO PECULIARIA Senatus Consulto, ex Ærario. Vide Suetonium in vita Domitiani. cap. 12. Sive mavis TRIBUTA SVNT DOMINIS PECULIARIA; uti passim Dominus in malam partem pro tyranno sumtus est, Augustus se Dominum appellari vetuit, teste Suetonio in ejus vita cap. 53.

De

De Tributis Ovid. de nuce, v. 87.

*Felix, secreto quae nata est arbor in agro,
Et soli domino ferre tributa potest.*

Stat. 4. sylv. i. v. 40.

*Restat Bactra novis, restat Babylona tributis
Fraenari.*

TABULA QUADRAGESIMA SEXTA. F O R T U N A.

Fortuna ab Antiquis Dea credita, & apud Praenestinos Antiates praecipue culta.

De Fortuna Lucan. l. 2. v. 193.

*Vidit fortuna colonos
Praenestina suos cunctos simul ense recisos,
Unius populum pereuntem tempore mortis.*

Juvenal. sat. 10. v. 365.

*Nullum numen habes, si sit prudentia; nos te
Nos facimus, Fortuna Deam Coeloque locamus.*

De statua Fortunae ad Prytaneum Aelian. cl. viri Jacobi Perizonii l. 9. cap. 39.

De



De templo & cultu fortunae Ovid. fast. l. 5. v. 729.

*Nec te praetereo, populi Fortuna potentis
Publica; cui templum luce sequente datum.*

Fast. 6. v. 781.

*Plebs colit hanc: quia, qui posuit, de plebe fuisse
Fertur, & ex humili sceptrata tulisse loco.
Convenit & servis: servâ quia Tullius ortus
Constituit dubiae Templa propinqua Deae.*

GEMMA CLXX.

Bonus Eventus, dextra spicas, sinistra cornucopiae
tenens.

De Eventu Ovid. epist. ex Ponto l. 2. epist. 2. v. 31.

*Tuta petant alii fortuna miserrima tuta est:
Nam timor Eventus deterioris abest.
Qui rapitur fatis, quid praeter fata requirat?
Saepe creat molles aspera spina rosas.*

Epist. Phyllidis Demophoonti. v. 85.

*Exitus acta probat. Careat successibus opto,
Quisquis ab Eventu facta notanda putat.*

G E M M A C L X X I.

Duo cornucopiae decussatim temoni imposita inter
duos orbes.

De Cornucopiae Ovid. Met. 9. v. 91.

*Incessit , totumque tulit praedivite cornu
Autumnus , & mensas felicia poma secundas.*

De Gubernaculo Virg. Aen. 5. v. 176.

*Ipse gubernaculo rector subit , ipse magister :
Hortaturque viros clavumque ad littora torquet.*

De duobus Orbibus & temone vel fortuna, vide Manil.
Astr. notas pag. 106. in sphaera barbarica.

*Aetiacosque sinus inter suspensus uterque
Orbis , & in ponto coeli fortuna natabit.*

G E M M A C L X X I I.

Gubernaculum & Palma juxta Orbem.

De gubernaculo Palinuri Virg. Aen. 6. v. 349.

*Namque gubernaculum multa vi forte revolsum,
Cui datus haerebam custos , cursusque regebam
Praecipitans traxi mecum.*

De

De Palma Virg. Aen. 5. v. 519.

*Amiffa folus palma superabat Acestes.
Qui tamen aërias telum contendit in auras,
Oſtentans artemque pater, arcumque ſonantem.*

De mundo vel orbe Virg. ecl. 4. v. 50.

*Aspice convexo nutantem pondere mundum,
Terraſque, tractuſque maris, coelumque profundum:
Aspice, venturo laetentur ut omnia ſaeclo.*

GEMMA CLXXIII.

Rota cum inſcriptione FORTuna SOCialis.
De fortuna & rota Virg. Aen. 6. v. 614.

*Ne quaere doceri
Quam poenam, aut quae forma viros fortunave merſit
Saxum ingens volvunt alii, radiiſque rotarum
Deſtricti pendent: ſedet, aeternumque ſedebit,
Infelix Theſeus.*

Aen. 12. v. 675.

*Subdideratque rotas, pontiſque inſtraverat altos.
Jam jam fata, ſoror, ſuperant. Abſiſte morari:
Quo Deus, & quo dura vocat fortuna, ſequamur.*

TABULA QUADRAGESIMA SEPTIMA.

R O M U L U S.

M Artis ex Ilia filius, Numitoris nepos, cum fratre Remo eodem partu editus, primus rex & Deus peculiaris Romanorum, etiam Quirinus dictus, teste Ovidio fast. 2. v. 475.

Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino.

— Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.

Sive quod hasta curis priscis est dicta Sabinis:

(Bellicus a telo venit in astra Deus.)

Sive suum regi nomen posuere Quirites:

Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Nam pater armipotens, postquam nova moenia vidit,

Multaque Romuleâ bella peracta manu,

Jupiter, inquit, habet Romana potentia vires:

Sanguinis officio non eget illa mei.

Redde patri natum: quamvis interdicit alter,


Pro se, proque Remo, qui mihi restat, erit.


Unus erit, quem tu tolles in caerula Coeli;

Tu mihi dixisti: sint rata dicta Jovis.

Jupiter annuerat. Nutu tremefactus uterque

Est polus; & coeli pondera sensit Atlas.





v. 495.

*Hinc tonat , hinc missis abruptitur ignibus aether.
Fit fuga : Rex patriis astra petebat equis.*

G E M M A C L X X I V .

Stolata stans , dextro cubito columnae innitens , cum
inscriptione FORTITudo AVGVSti.
De fortitudine Ovid. fast. 5. v. 595.

*Rite Deo templumque datum nomenque bis ulto :
Et meritis votis debita solvit honos.
Solemni Ludos circo celebrate , Quirites :
Non visa est fortem scena decere Deum.*

Virg. Georg. 2. v. 531.

*Corporaque agresti nudat praedura palaestrae.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,
Hanc Remus, & frater : sic fortis Etruria crevit.*

Ovid. Met. 13. v. 236.

*Tempore ab hoc quodcunque potest fecisse videri
Fortiter iste , meum est.*

G E M M A C L X X V .

Galeae duae & ensis tribus columnis impositae , inter
X 3 Cly-

Clypeos, lituum & praefericulum appositis signis Martis
& Veneris, cum inscriptione FOSTVS FELIX SILLA
VEnustus.

De clipeis, lituo, galeis, & armis. Virg. Aen. 7. v. 183.

*Multaque praeterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvaeque secures,
Et cristae caput, & portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat.
Succinctus trabea, laevaue ancile gerebat.*

De Sylla oppressore Lucan. l. 2. v. 139.

*Sylla quoque immensis accessit cladibus ultor.
Ille quod exiguum restabat sanguinis Urbi
Hauisit.*

L. 4. v. 821.

*Ius licet in jugulos nostros sibi fecerit ense
Sylla potens.*

L. 6. v. 300.

*Ipse furenteis,
Dux tenuit gladios felix, ac libera legum
Roma fores, jurisque tui, vicisset in illo
Si tibi Sylla loco. Dolet heu, semperque dolebit,
Quod scelerum Caesar prodest tibi summa tuorum
Cum genero pugnasse pio.*

De

GEMMAE ANTIQUAE. 167

De cognomine Syllae Felicis & Venuſti, vide Rhodiginum l. 24. cap. 6.

Sil. Ital. l. 13. v. 858.

*Imperium hic primus rapiet, ſed gloria culpae,
Quod reddet ſolus, nec tanto in nomine quiſquam
Exiſtet Syllae qui ſe velit eſſe ſecundum.*

GEMMA CLXXVI.

Clava Herculis cum tribus malis Heſperidum & inſcriptione HERculi ROMano. De cujus poma tenentis ſtatua Perier N°. 2. 3. 4.

De Hercule & Pomis Ovid. Met. 9. v. 190.

*Pomaque ab inſomni male cuſtodita Dracone.
Nec mihi Centauri potuère reſiſtere, nec mi
Arcadiae vaſtator aper.*

GEMMA CLXXVII.

Caduceus ariſtis, & Globo terrarum inſignis, cum inſcriptione ME. HO. RO. PA. Forſan MEMoria HONorabilis ROManae PACis. Quae totum orbem pacabat & annonam proferebat.

De Pace Romana Ovid. Met. 15. v. 830.

*Quodcumque habitabile tellus
Suſtinet, huius erit. Pontus quoque ſerviet illi.*

Pace

*Pace data terris , animum ad civilia vertet
Jura suum , legesque feret justissimus auctor.*

De aristis Virg. eclog. 1. v. 70.

*Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.
Impius haec tam culta novalia miles habebit.*

De orbe pacato Virg. eclog. 4. v. 15.

*Ille Deûm vitam accipiet , divisque videbit
Permixtos heroäs , & ipse videbitur illis,
Pacatumque reget patris virtutibus orbem.*

TABULA QUADRAGESIMA OCTAVA.

R O M A.

Roma Regina urbium, Tetrarum Dea , totius Orbis
olim caput.

De Roma Martial. l. 21. epigr. 8.

*Terrarum Dea , Gentiumque Roma
Cui par est nihil , & nihil secundum.*

Ovid. fast. 1. v. 209.

*At postquam fortuna loci caput extulit hujus ;
Et tetigit summos vertice Roma Deos.*

Virg.



Virg. eclog. 1. v. 25.

*Verum haec tantum alias inter caput extulit urbeis,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

Propert. 1. 3. eleg. 21. v. 17.

*Omnia Romanae cedent miracula Terrae.
Natura hic posuit quidquid ubique fuit.
Armis apta magis tellus, quam commoda noxae,
Famam, Roma, tuae non pudet historiae.*

G E M M A C L X X V I I I.

Caput Julii Caesaris laureatum positum a cervice Lituo,
ad verticem stella, in signum consecrationis. Ovid. Met.
15. v. 746.

*Caesar in urbe sua Deus est, quem Marte Togâque
Praecipuum, non bella magis finita triumphis,
Resque domi gestae, properataque gloria rerum
In Sidus vertêre novum, Stellamque comantem.
Quam sua progenies, neque enim de Caesaris actis.
Ullum majus opus, quam quod pater extitit hujus.*

Propert. celeberrimi Brouchusii l. 4. eleg. 6. v. 59.

*At pater Idalio miratus Caesar ab astro,
Sum Deus; en nostri sanguinis ista fides.*

G E M M A C L X X I X .

Caput Caligulae laureatum, de quo Aufonii Caesares.
Post hunc castrensis caligae cognomine Caesar
Successit saevo saevior ingenio:
Caedibus, incestisque dehinc maculosus, & omni
Crimine pollutum qui superavit avum.

G E M M A C L X X X .

Caput Neronis laureatum, de quo Aufonii Caesares.
Aeneadam generis qui sextus & ultimus heres,
Polluit, & clausit Julia sacra Nero.
Nomina quot pietas, tot habet quoque crimina vitae.
Disce ex Tranquillo, me meminisse piget.

Boët. l. 2. metr. 6.

Novimus quantas dederit ruinas,
Urbe flammata, patribusque caesis,
Fratre qui quondam ferus interemto,
Matris effuso maduit cruore.

Sueton. Clarissimi Graevii pag. 545.

Quis negat Aeneae magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

G E M M A C L X X X I .

Orbis intra Lunam crescentem & Astra duo, cum
 inscriptione R O M A V I C T r i x .

De



GEMMAE ANTIQUAE. 171

De Roma Victrice & Orbe Ovid. trist. l. 3. eleg. 7. v. 51.

*Dumque suis Victrix omnem de montibus Orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.*

Petron Satyr. pag. 166.

Orbem jam totum victor Romanus habebat.

*Qua mare, qua terra, qua fidus currit utrumque,
Nec satiatus erat.*

TABULA QUADRAGESIMA NONA.
VICTORIA.

Victoria ab Antiquis pro Dea habita, cujus simulachrum Alatum, palmam & coronam praeferens, fingebatur. De victoria Ovid. trist. lib. 2. eleg. 1. v. 169.

*Sic assueta tuis semper Victoria castris
Nunc quoque se praestet, notaque signa petat :
Ausoniumque ducem solitis circumvolet alis.
Ponat & in nitida laurea ferta comâ.*

De alis niveis Victoriae Sil. Ital. l. 15. v. 98.

*Mecum Honor, & laudes, & laeto Gloria vultu.
Et decus, & niveis Victoria concolor alis.
Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus.*

GEMMA CLXXXII.

Roma victrix thoraci infidens, dextra victoriolam tenens, sinistra clypeo innitens.

Y 2

De

De urbe Roma victrice Ovid. fast. 4. v. 827.

*Vox fuit haec regis , condenti Jupiter urbem,
Et genitor Mavors , Vestaque mater ades :
Quosque pium est adhibere Deos , advertite cuncti :
Auspicius vobis hoc mihi surgat opus.
Longa sit huic aetas , dominaeque potentia terrae :
Sitque sub hac oriens occidusque dies.*

G E M M A C L X X I I I .

Victoria alata dextra coronam, sinistra palmam tenens.
De Victoria Claudian. in laudem Stiliconis.

*Ipsa duci sacras Victoria panderet alas,
Et palma viridi gaudens , & amicta trophaeis,
Custos imperii virgo , quae sola medêris
Vulneribus , nullumque doces sentire laborem.*

Horat. Satyr. l. i. v. 4.

*O fortunati mercatores , gravis annis
Miles ait , multo jam fractus membra labore.
Contra , mercator , navim jactantibus Austris,
Militia est potior. Quid enim ? concurritur : horae
Momento cita mors venit , aut victoria laeta.*

Sil. Ital. l. 14. v. 675.

*Pro praeda fuit , & sese contenta , nec ullo
Sanguine pollutis plaufit victoria pennis.*

GEM-





G E M M A C L X X X I V .

Victoria palmifera in bigis decurrens ; vide similem nummum Corynthiorum, in Coloniis Cl. Antiquarii Jo. Vaillantii tom. 1. pag. 306. & tom. 2. pag. 12.

De Victoria Martial. l. 8. epig. 78.

*Quid numerem currus, terdenaque praemia Palmae,
Quae dare non semper consul uterque solet.*

Virg. Georg. l. 3. v. 110.

*Nec mora, nec requies, aut fulvae nimbus arenae
Tollitur: humescunt spumis, flatuque sequentum.
Tantus amor laudum, tantae est Victoria curae.
Primus Erichtonius currus & quatuor ausus
Fungere equos, rapidusque rotis insistere victor.*

T A B U L A Q U I N Q U A G E S I M A .

P A X .

PAx ab Antiquis pro Dea culta. Romae adorata in templo magnificentissimo, foro proximo, ab Claudio inchoato, ab Vespasiano perfecto, & Commodio imperante incendio consumpto, teste Herodiano l. 1. cap. 14.

De pace Lucan. suppl. 7. v. 1.

*Jam se post clades tantas, tot vulnera gentis
Ausoniae, & strages populorum, absumpserat ipsum
Civilis furor, & terris pax alma refulsit.*

Y 3

Ovid.

Ovid. fast. l. i. v. 703.

Sub iuge bos veniat ; sub terras semen aratas.

Pax Cererem nutrit : pacis alumna Ceres.

Sil. Ital. l. ii. v. 594.

*Pax optima rerum,
Quas homini novisse datum est : pax una triumphis
Innumeris potior : pax custodire salutem
Et cives aequare potens , revocetur in arces.*

Coripp. l. 3. v. 6.

*Quisquis amat pacem , tutus sub pace manebit.
Et qui bella volunt , bellorum clade peribunt.*

G E M M A C L X X X V .

Dextrae conjunctae caduceum , aristas , & fruges tenentes , cum inscriptione PAX SABINORUM.

In averſa parte ROMVLVS TITVS TATIVS FELIX appoſita ſtella inter Veneris & Martis ſigna.

De Pace Sabinorum Ovid. Met. 14. v. 803.

*Pace tamen ſiſti bellum , nec in ultima ferro
Decertare , placet ; Tatiumque accedere regno.
Occiderat Tatius , populisque aequata duobus ,
Romule , jura dabas : poſitâ cum caſſide Mavors
Talibus adfatur Divûmque hominumque parentem.*

Fast.

Fast. 6. v. 93.

*Haec ubi narravit Tatium, fortemque Quirinum
Binaque cum populis regna coïsse suis.
Et Lare communi soceros generosque receptos.
His nomen junctis Junius, inquit, habet.*

De pace, stella, & signis Manil. Astr. pag. i. v. 15.

*Hoc sub pace vacat tantum. Juvat ire per ipsum
Aëra, & immenso spatiantem vivere coelo,
Signaque & adversos stellarum noscere cursus.
Quod solum novisse, parum est. Impensius ipsa
Scire juvat magni penitus praeordia mundi
Quaque regat generetque suis animalia signis
Cernere, & in numerum Phoebo modulante referre.*

GEMMA CLXXXVI.

Tridens inter stellas, & coronam, signumque tricusp-
pidale, cum inscriptione ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Forſan in me-
moriam victoriae navalis, vel trajectus maris vel fluvii.
De Alexandro Sil. l. 13. v. 163.

*Post haec ostendens juvenem, sic virgo profatur:
Hic ille est tellure vagus qui victor in omni
Cursu signa tulit: cui pervia Bactra, Dacaeque
Qui Gangem bibit, & Pellaeo ponte Nephatem
Adstrinxit, cui ſtant ſacro ſua moenia Nilo,*

GEM-

G E M M A C L X X V I I .

Anguis radiatus baculo nodoso implicitus, supra rotam se attollens, cum inscriptione VOLON NERO. Forſan VOLONtate NEROnis, vel VOLONes NEROnis. De mala voluntate Neronis, vide Sueton. cap. 34. Volones erant ſervi, qui bello Punico, quum deſſent liberi, pro dominis ſuis pugnabant & capite hoſtis ſibi libertatem quaerebant; teſte Liv. l. 24. cap. 14.

De Angue & rota Virg. Georg. 3. v. 37.

*Invidia infelix Furias amnemque ſeverum
Cocytī metuet, tortoſque Ixionis anguis
Immanemque rotam, & non exſuperabile ſaxum.*

Virg. Aen. 5. v. 273.

*Qualis ſaepe viae deprenſus in aggere ſerpens,
Aerea quem obliquum rota tranſiit, aut gravis ictu
Seminecem liquit ſaxo lacerumque viator,
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus;
Parte ferox, ardenſque oculis, & ſibila colla
Arduus attollens; pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis, ſequē in ſua membra plicantem.*

Juvenal. ſat. 13. v. 51.

*Nec rota, nec Furiae, nec ſaxum, aut vulturis atri
Poena: ſed infernis hilares ſine regibus umbrae.
Improbitas illo fuit admirabilis aevo.*

F I N I S.

I nunc

*Inunc: Argentum, & Marmor vetus, Aeraque, & Arteis
Suspice: cum Gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude, quod spectant oculi te mille loquentem.*

Horat. l. 1. epist. 6. v. 17.

*I puer, & caro perfer leve munus amico,
Qui meruit nugas primus habere meas.
Curre, sed instructus; comitetur Punica librum
Spongia: muneribus convenit illa meis.*

Martial. l. 4. epigr. 10. v. 2.

I N D E X

R E R U M.

A.



BPACAZ.	107. 108. 124.
125. 156.	
Acecius.	129
Achelous.	145
Achilles.	22
Acis.	46
Aesculapius.	123. 124
Aegis.	98
Aequator.	17
Aeternitas.	66
Alexander Pius.	111. 126
Alexander magnus.	158. 175
Alcides.	146
Amalthea.	30
Amatorpoculi.	25. 27. 28. 148
Ammon.	12
Anacharsis.	25
Anguis.	67. 128. 175
Anseres.	50
Antaeus.	143
Anubis.	108. 109. 113
Apis.	14. 109. 113
Apollo.	7. 68. 69. 70. 83. 113. 123.
131. 155.	
Smintheus.	71
Nomius.	73
Cynthius.	73
Actius.	83
Ejus Templum.	68
Aquila Jovis Armiger.	10. 15. 16. 35.
109. 122. 153.	
Ara.	5. 13. 63. 85. 91. 112. 118. 158

Arcturus.	37
Arcus.	52. 77. 78. 97. 115
Aries.	17. 41. 109. 120. 129
Chrysomallus.	41
Arion.	53
Arista.	62. 174
Aristaeus.	58
Ariston.	147
Aristocles.	147
Arfinoe.	146
Arma Caesaris.	5. 64
Armenia.	5
Artemisia.	88
Ascalaphus.	61. 62
Ascanius.	80
Asia recepta.	159
Astrum.	92
Atlas.	20
Atropos.	114
Attianus.	111
Atys.	105
Augurium.	103

B.

B Acchus.	132. 135. 137. 155
Balista.	111
Bellona.	87
Bimater.	132
Bos.	75. 76
Bromius.	132. 133
Brutus.	116
Buccina.	45
Buccinator.	136
Cadu-	

INDEX RERUM.

C.

CAduceus. 34. 84. 85. 104. 167. 174
 Caepio. 116
 Caesar. 118. 169
 Divi filius. 83
 Calanus. 158
 Caligula. 169
 Cancer. 120
 Canis. 108. 109
 Canopus. 110
 Cantharus. 137
 Capellae. 151
 Caprae. 153
 Capricornus. 11
 Caprimulgus. 8. 51
 Capita jugata. 39. 146
 Capitolum. 50
 Cassandra. 101
 Castanea. 32
 Castor. 18
 Ceres. 31. 89
 Cerberus. 58. 143
 Cestus. 49
 Charybdis. 46
 Christi Monogrammon. 126
 Chrysippus. 27
 Ciconia. 67
 Circe. 45
 Circinus. 4. 5
 Cista. 7
 Clava Herculis. 167
 Cleopatra. 112
 Aegypti Regina. 29
 Philippo adamata. 112
 Clotho. 114
 Clypeus. 63. 97. 166
 Cochlea. 67
 Colonus. 31
 Concordia. 85
 Corbulo. 5
 Cornelia. 67

Cornicen. 8
 Cornix. 17
 Corona. 111
 Cornu. 133. 134
 Cornucopiae. 38. 84. 130. 162
 Corvus. 130. 17
 Corytus. 115
 Crates. 39
 Creta. 8
 Crocodylus. 125
 Crux tautica. 109
 Cupido. 7. 51. 53. 55. 56. 57. 118
 Leonem domans. 53
 Hirco insidens. 7
 Curtius. 21. 43
 Currus. 151. 152
 Cuspis. 37
 Cybele. 3. 4. 105
 Cygnus. 18. 19
 Cyllenius. 34
 Cynosura. 37
 Cyrene. 58
 Cythara. 113

D.

DAedalus. 152
 Deianira. 146
 Delphinus. 37. 38. 47. 53
 Delphos. 68
 Deltoton. 131
 Dextrae. 174
 Diana. 77
 Dictynna. 78
 Ephefina. 80. 82
 Delia. 82
 Trivia. 85
 Diomedes. 22
 Dionysus. 132
 Dominus. 159
 Domitianus. 159
 Doto nympha. 47

Z 2

Ema-

INDEX RERUM.

E.

E Mathium.

Ensis.

Eoi.

Ephefina.

Epidaurius.

Eques decurrens.

Equites.

Equus.

Etruria.

Eventus.

Eurystheus.

Eurytion.

F.

F Acula Promethei.

Falcifer.

Faunus.

Felix Sylla.

Felicitas publica.

Fidelitas.

Fides.

Fortitudo Aug.

Fortuna Aug. 4. 62. 123. 160. 162. 163

Praenestina Dea.

Virilis.

Socialis.

Fostus Felix Sulla.

Fulmen.

G.

G A B P I H A.

Galatea.

Galea.

Galeatus.

Gallus.

Gemini.

Genius.

Gladius.

Glaucus.

Globus.

Gorgon.

Gubernaculum.

H.

H Adrianus Aug.

Harpocrates.

Hasta.

Hecate.

Hellen.

Hercules.

Leonem suffocans.

Cerberum domans.

Antaeum vincens.

Taurum Pasiphaë deducens.

Acheloum luctamine superans.

Hercules & Deianira.

Romanus.

Laurus ei sacra.

Hermanubis.

Hesperii.

Hesperidum mala.

Hipparchia.

Hippolytus.

Homerus.

Hortorum Deus.

Hygeia.

I.

I Anus.

Jason.

I A w.

Icarus.

Ignigena.

Ignis.

Ino.

Isis Dea.

Adorata Romae.

45.46

5.67

21.98

62.162

111

113

97

86

41

12.60. 138. 141. 167

139

143

143

144

145

146

167

12

108

5

167

39.40

81. 101

148

117

126

5.22

41

106. 107. 108. 124

152

132

63

132

6.15

7

Juno.

INDEX RERUM.

Juno.	28. 119	Mausolus.	88
Moneta.	29	Medusa.	20. 21
Sospita.	32	MEIΘPAΣ.	108
Jupiter.	8. 10. 12. 18. 119. 122. 157	Melesigenes.	148
Ammon.	12	Melicerta.	53
In Cygnum transformatus.	18	Mercurius.	34. 102. 103. 104. 106. 157
Capitolinus.	50	MIXAHA.	108
Justitia Domitiani.	67	Milites.	123
Juvenis.	57. 152	Mina.	36
Ixion.	176	Minerva.	98. 119
		Minos.	152
L Abores Herculis.	141	Minotaurus.	142. 145
Lachesis.	114	Monstra.	60
Laniger.	42	Mopsus.	57
Larva.	23. 24	Mulciber.	120
Latona.	78. 79	Mus.	71
Laurca.	111	Musa.	92. 94. 112. 113
Laurus.	13. 131	Mutius Scaevola.	99
Leda.	18		
Legati.	104	N aturae Deus.	157
Legio.	35	Navis.	11
Leo.	124. 139. 140	Neptunus.	36. 37. 38. 41. 44
Lepus.	109. 154	In Arietem mutatus.	41
Liber.	12. 132. 137	Tridentiger.	38. 44
Libera.	13	Nereis.	46
Libra.	17. 67	Nero.	5. 170. 175
Lituus.	114. 166	Nilus.	16
Luna crescens.	33. 87. 88. 119. 156. 170	Nomius.	73
Lyaeus.	132		
Lyra.	51. 83. 112. 116. 131	O lympias.	112
		Ophiuchus.	128
M Agifter.	71	Oraculum Delphicum.	68
Mala Hesperidum.	167	Orbis.	4. 5. 162. 168. 170
Malleus.	114	Orci aedes.	40
Manus de coelo.	159	Orpheus.	51. 112
Marathon.	143	Oliris.	14
Marcellus.	63. 64	OTPIHA.	108
Marcus Curtius.	21. 43		
Marius.	114	P ales Dea.	54
Mars.	95. 97. 157. 166	Palinurus.	162
Marfupium.	106	Pallas.	23. 98. 100. 119. 122
Marfyas.	154. 155	Z	3
		Palma.	


INDEX RERUM.

Palma.	11. 33. 34. 111. 162	Psyche.	55
Pan.	54. 150	Ptolemaeus.	146
Pandarus.	96	Pubes agrestis.	31
Pandora.	42	Puella.	30
Pantheon.	15	Puer.	71
Papaver.	130	Pullius Upsaeus.	36
Parcae.	114. 115	Pythagoras.	26
Paridis judicium.	50		
Parthorum rex.	60	Q uintius Dictator.	83
Pasiphaë.	144	Quirinus.	164. 174
Patracus heros.	24	Quirites.	165
Patria Homeri.	149		
Pavo.	29. 66	R emus.	165
Pax.	63. 85	Respublica Romana.	119
Romana.	167. 173	Rogus.	89
Sabinorum.	174	Roma tetraerum Dea.	168. 170
Pelagia.	43	Victrix.	170. 171
Perictiona.	147	Regina.	168
Perseus.	20	Rosa.	92
Persona.	23	Flos Veneris.	93
Phaedra.	81	Musis grata.	94
Phaetra.	77. 78. 115	Rota.	62. 116. 163. 176
Phoebus.	8. 33. 120	Rustici in ranas mutati.	79
Phrygiæ.	4		
Phryxus.	41. 42	S abina.	111
Pietas.	29	Sabini.	165
Piso frugi.	33	Sacra Vestalium.	2
Plato.	147	Sagitta.	52. 77. 78. 115
Plotina.	111	Sagittarius.	115
Pluto.	58	Salus.	91. 126. 127
Poena Vestalium	3	Sangaritis Nympha.	105
Pollux.	18	Sarapis Aegyptiorum Deus.	14
Polyphemus.	46. 47	Idem cum Plutone.	15
Poma.	32. 167	Ejus Oraculum.	15
Pompejus.	118	Saturnus falcifer.	24. 157
Pomponius.	92. 112	Ab Jove regno pulsus.	24
Porfenna.	99	Saturnus.	111
Praefericulum.	166	Satyrus.	127
Preces.	2	Sceptrum.	159
Priapus.	117	Scylla.	45
Prometheus.	42	Semeleia.	133
Proserpina.	61	Senator.	60
Proteus.	59	Senatus Pop. Rom.	84
			Scr.

INDEX RERUM.

Serpens.	7.63.127	Flammifer.	37
Signa militaria.	35	Triton.	44
Martis & Veneris.	175	Trivia.	85
Simulachrum Ephesinae.	80	Tropaeum.	99
Socratis caput.	125	Tuba.	70
Sol.	33.65.87.92.129.156.157	Tubicen.	70
COPIA.	108	Tyrinthius.	139.143
Spica.	65.91.94.111.129	V.	
Stella.	37.87.112.119.156.175	Vacca.	74.75
Stilicon.	80	Vejupiter.	9
Stolata.	101.114	Venus.	43.57.97.166
Sulla.	86	Aphrodite.	43
Fostus felix.	166	Amorum Dea.	48
Syringa.	150	In Papho adorata.	48
T.		Victrix.	49
T Aedae.	79	Formosa.	56.57
Taurus.	73.74.129.142.144	Cestus ei peculiaris.	48
Tautica crux.	109	Venustus Sylla.	166
Telephorus.	129	Vesta.	1
Telum.	52.96	Vestalis.	1.2.3
Temo.	162	Victoria.	86.99
Templum Vestalis.	1	Caesaris.	118.122.171
Jovis Ammonis.	12	Sullae.	86
Veneris.	48	Parthica.	111
Cupidinis.	51	Tropaeum fabricans.	99
Apollinis.	68.71	Alata.	172
Fortunae.	161	Palmifera.	173
Theophane.	41	Vini coronatio.	135
Thefeus.	142	Vindemiator.	32.134
Thyas.	14	Vipera.	112.128
Thyrus.	137	Virga.	105
Tiara Phrygia.	105	Virgo Vestalis.	1.2.3
Tiberis.	16	Ejus templum.	2
Tibia.	72	Sacra.	2
Tibicen.	57.71.72.155	Preces.	2
Tigris.	137	Poena.	3
Tiridates.	5	Vitis.	134
Tityus apud inferos descriptus.	6	Volcanus.	120.121
Titus Tatius.	174	Volones.	175
Tmolus.	155	Urna.	111
Triangulum.	131	Vultur.	109.153
Tributa.	159	X.	
Tridens.	36.44.175	Xenocrates.	26
			1N-

I N D E X A U C T O R U M, Qui in hoc libro citantur.

 Elianus.
Aufonius.
Begerus.
Boetius.
Callimachus.
Catullus.
Cicero.
Chifletius.
Circherus.
Claudianus.
Corippus.
Cuperus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dion Cassius.
Eobanus Hessus.
Eusebius.
Fulgentius.
Gellius.
Graevius.
Gronovius.
Gyraldus.

Herodianus.
Homerus.
Horatius.
Hyginus.
Isidorus.
Justinus.
Juvenalis.
Livius.
Llodium.
Lucanus.
Lucretius.
Macarius.
Macrobius.
Manilius.
Martialis.
Martianus Capella.
Natalis Rondininus.
Nepos.
Nonnus.
Ovidius.
Patinus.
Pausanias.

Perier.
Persius.
Petronius.
Phaedrus.
Plinius.
Propertius.
Prudentius.
Rhodiginus.
Seneca Tragicus.
Servius.
Sigonius.
Silius Italicus.
Spanhemius.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Tertullianus.
Theocritus.
Tibullus.
Vaillantius.
Virgilius.
Urinus.

E R R A T A.

Pag.
4. orbis major.
29. qui eae.
30. Coelestum.
38. Nymphae.
49. dextra cubito.
52. promisit.
70. Briseis.
70. acutae.
89. commisto.
90. salvet.
91. honorario.
110. fabricavit.
113. ejus.
143. tenent.
162. gubernaculo.
162. gubernaculum.

lege.
orbe major.
qui ei.
Coelestum.
Nymphe.
dextro cubito.
promisit.
Briseidis.
& acutae.
commistos.
salveto.
honorarii.
fabricavit.
cujus.
tener.
gubernaculo.
gubernaculum.



